CAROLI a LINNÉ,

*Equitis Aur. de Stella Polari,*

ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL., ACAD. PARIS. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER. LOND. ANGL. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. EDINB. BERN. *Soc.*

# SYSTEMA NATURÆ

PER

*REGNA TRIA NATURÆ,*

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES,

CUM

*CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS, LOCIS.*

## TOMUS I.

EDITIO DUODECIMA, REFORMATA.

*Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.*

*HOLMIÆ,*

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1766.

# O JEHOVA,

*Quam ampla ſunt Tua Opera!*
*Quam ſapienter Ea feciſti!*
*Quam plena eſt Terra poſſeſſione Tua!*

DAVID *Pſalm.* CIII: 24.

S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO,
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMOque
COMITI
# D:NO CAR. G. TESSIN,
REGIS REGNIque SVIOGOTHICI SENATORI,
REGIÆ CANCELLARIÆ PRÆSIDI,
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM
SUPREMO MARESCHALLO,
EDUCATIONI SEREN. PRINC. GUSTAVI PRÆFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJ. SERAPH. EQUITI AURATO
ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA, NEC NON OMNIUM S:Æ R:Æ
MAJ. SVECICÆ ORDINUM CANCELLARIO,
*SACRUM.*

Cum quivis auctor ſperet ſe apud poſteros gratiam
habere & poſſe ſecum duratura nomina educere,
AUCTORI meæ fortunæ Libellum ultimo nunc offero.
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;
ILLE mihi ſpartam Medici claſſici procuravit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;
ILLE mihi Titulum, quo diſtinguor, paravit;
ILLE me ad Sereniſſimos Reges introduxit;
ILLE me cuſo Numiſmate poſteritati commendavit;
*ILLE meas errare boves, ut cernis, & ipſum*
*ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti;*
quare
*cana prius gelido deſint abſinthia ponto,*
*quam noſtro illius labatur pectore vultus.*

*TANTI MÆCENATIS*

Upſaliæ 1766,
d. 24 Maji.

*Cultor devotiſſimus*
C. a LINNÉ.

*Magnus eſt DEUS noſter,*
*& magna eſt potentia Ejus,*
*& potentiæ Ejus non eſt numerus.*

RA-

*** *** ***

# RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATURÆ iteratis vicibus prodiit:

1. Leydæ 1735 Folio imper. pag. 12. a me per J. F. GRONOVIUM.
   *Conſpectus tantum operis & quaſi Mappa Geogr.*
2. Holmiæ 1740. Octavo, pag. 80. a *me ipſo* reviſum.
   *Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Halæ 1740. Qvarto oblong. pag. 70. per J. J. LANGEN.
   Latino-germanice; *ceterum idem cum* 1.
4. Pariſiis 1740. Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEUM.
   *Adjecta nomina Gallica. idem cum* 2.
5. Halæ 1747 Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER.
   *Nomina Germanica; ceterum idem cum* 2.
6. Holmiæ 1748. Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a *me ipſo.*
   *Characteres eſſent. Vegetabilium. Species Anim. & Lapid.*
7. Lipſiæ 1748. Octavo. pag. 232. t. 8. per *Typographum.*
   *Nomina Germanica; ceterum idem cum* 6.
8. Holmiæ 1753. Octav. p. 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN.
   At regnum Lapideum Scaræ 8:o per H. MÖLLER.
9. Leydæ 1756. Octavo. pag. 226. per GRONOVIUM.
   *Pauciſſima de Avibus, Piſcibus. idem cum* 6.
10. Holmiæ 1758. Octavo. longe auctius factum a *me ipſo*;
11. Lipſiæ 1762. Octavo. furtim prodiit vitioſa.
    *Nil additum.*
12. Holmenſi hac propria ultima penultimaque editione.
    *Species* Animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis, Locis, nominibus Trivialibus.
    Methodus *Animalium* ex novis obſervatis reformata.
    *Piſcium* imprimis nova methodus cum Auctorum obſervatis radiis pinnarum.
    *Plantarum* reformati characteres, emendatæ differentiæ variæ.
    *Lapidum* plures ſpecies, obſervationes, & omnium Nomina Trivialia.
    *Obſervationes* in Regna Naturæ novæ, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quæ obtinere potui, diſpoſui; imprimis adjuvarunt

S.M. ADOLPHI FRIDERICI Regis Muſeum. *T.* 1. Holm. 1754. fol.
Prodromus *Tomi* 2. Holmiæ 1764. Octavo.
*Utrumque Animalibus exoticis refertum.*

S:æ LOVISÆ ULRICÆ Reginæ Muſeum. Holmiæ 1764. Octav.
*In Conchiliis & Inſectis ſtupendum.*

C. G. TESSIN Muſeum. Holm. 1753. Fol.
*In Lapidibus & Conchiliis magnificum.*

C. DE GEER Muſeum:
*Amphibiis, Inſectis aliisque rarioribus dives.*

UPSALIENSIS Muſeum Academiæ:
*Ex Animalibus undiquaque conquiſitis.*

STOCKHOLMENSIS Muſeum Academiæ Scientiarum:
*Variis pulchris naturalibus ſcatens.*

ITINERA varia hujus cauſſa inſtitui.
Iter Lapponicum (1732). *ineditum.*
Iter Dalekarlicum (1734). *ineditum.*
Iter Oelandicum (1741). *Holmiæ* 1745. *Oct. ſvec.*
Iter Gotlandicum (1741). *Holm. cum præcedente. Oct.*
Iter Weſtrogothicum (1746). *Holm.* 1747. *Oct. ſvec.*
Iter Scanicum (1749). *Holm.* 1751. *Oct. ſvec.*

Fauna Svecica: *Holmiæ* (1746). *duplo auctior illa* 1761. *Oct.*

Amœnitates academicæ. *Holmiæ* 1749 - 1763. *Oct. vol.* 6.

*Diſcipulorum* quondam meorum inſtituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Aſiam* (ſed periit in Poulicandor) 1745.
P. KALMII in *Pennſylvaniam* & *Canadam.* 1747.
*Iter Americ. ſept. Holm.* 1753 - 1760. *Oct. ſvec. vol.* 3.
L. MONTINI in *Lapponiam Lulenſem.* 1749.
F. HASSELQVIST in *Ægyptum* & *Palæſtinam.* 1749.
Iter Palæſtinum. *Holm.* 1757. *Oct. ſvec.*
O. TORENII in *Malabariam* & *Suratte.* 1750.
P. OSBECKII in *Chinam* & *Javam.* 1750.
Iter Ind. orient. *Holm.* 1757. *Oct. ſvec.*
P. LOEFLINGII in *Hiſpaniam* & *Americam.* 1751.
Iter Hiſpanicum. *Holm.* 1758. *Oct. ſvec.*
P. J. BERGII in *Gotlandiam* inſulam. 1752.
M. KÆHLERI in *Italiam* & *Apuliam.* 1752.
D. SOLANDRI in *Lapp. Pitenſem* & *Tornenſem.* 1753.
D. ROLANDRI in *Surinamum* & *Euſtatium.* 1755.
A. R. MARTIN in *Spitzbergam.* 1758.
C. ALSTROEMER in *Europam auſtralem.* 1760.
J. FALK in *Gotlandiam.* 1760.

FI-

FINEM Operis obtinuero, ſi inde
*Peregrinatores* dignoſcant notiora antea naturalia.
Curioſi attentiores, *Muſea* intrantes, viſa intelligant.
Docti nova, nec trita, *actis* ſuis inſerant.
Scientia facilius *augeatur*, ſepoſitis vulgatioribus.
*Nomina* magis ſtabiliantur, imprimis *Trivialia* & Generica.
*Oeconomiæ* fundamenta ſternantur.
*Teleologiæ* primæ lineæ ducantur.

His utere L. B. donec alii plura præſtantioraque ſiſtant.

Upſaliæ 1766.



Docuiſti me DEUS a juventute mea,
& usque nunc pronunciabo Mirabilia Tua.

# INTROITUS.

HOMO mundi intraturus theatrum quæritur Quis ſit: *Unde ortus?* e ſtemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* Curiosum eſſe ſimilemque quidem reliquis animantibus (quæ vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda ſtabula quærunt, proximis ſui generis inſerviunt, vitam tuentur, ſentiunt, percipiunt,) ſed nobiliorem, utpote qui curioſius obſervat quæ ſenſibus patent, indeque ſapientius ratiocinando rite concludit, adeoque miratur pulchrum ſapientis opus Artificis. O quam contemta res eſt Homo, niſi ſupra humana ſe erexerit! Quid enim erat cur in numero viventium ſe poſitum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut hoc corpus caſurum periturumque ſarciret? quæ tanta neceſſitas in fundum telluris intimæ hominem merſit, ut oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris, ab hoc ſe averteret? puto certe multos ad ſapientiam perventuros, niſi ſuperbia magnæ fortunæ inflati, putaſſent ſe perveniſſe. Sapiens utique eſt, qui fines reſpicit.

Finis Creationis Telluris est gloria DEI, ex opere Naturæ, per Hominem solum.

Tanto igitur magis noſſe Naturam operæ pretium, quo nullum majus eſt! neque enim quidquam habet in ſe hujus materiæ tractatio pulchrius, dum multa lateant futura uſui, quam quod hominem Magnificentia ſui detinet, nec mercede, ſed Miraculo colitur! Quota enim pars operis Tanti noſtris oculis committitur, & quam multa, præter hæc quæ vidimus, in ſecretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Multa etenim ſunt quæ eſſe audivimus, qualia autem ſint ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus ſeculo! & quidem multa venientis ævi populus, ignota nobis, ſciet! multa ſeculis tunc futuris, cum memoria noſtri exoleverit, reſervantur! veniet tempus, quo iſta quæ nunc latent, in lucem dies extrahat & longioris ævi diligentia. Rerum enim Natura ſacra

cra

cra ſua non ſimul tradit; initiatos nos credimus, in veſtibulo ejus hæremus; ejus arcana non promiſcue, non omnibus patent! reducta & in interiori ſacrario clauſa ſunt; involuta veritas in alto latet. Si in hoc juventus ſobria, ſui Creatoris memor, incumberet (*), ſi hoc Majores docerent & hoc Minores addiſcerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma Tellure, & levi manu quærimus. Magni omnino res eſt rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriori ejus conſpectu, introſpicere & in divina ſecreta deſcendere! *Senec.*

Intravi itaque denſas umbroſasque Naturæ Silvas, hinc inde horrentes acutisſimis & hamatis ſpinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam eſſe circumſpectum didici, cujus non diligentia ſibi ipſi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, meisque humeris inſilientium Cercopithecorum exſultationes ſuſtinui! inceſſi viam & quem dederat curſum fortuna peregi.



# O JEHOVA!

Quam magnifica ſunt Tua Opera!
Vir inſipiens non cognoſcit ea,
ſtultus non animadvertit ea.

*David.*

(*) *Confer Worm. muſ. præfat.* 1.

# IMPERIUM NATURÆ.

DEUM *ſempiternum*, *immenſum*, *omniſcium*, *omnipotentem*, expergefactus a tergo tranſeuntem vidi & obſtupui! Legi aliquot Ejus *veſtigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etiam in minimis ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obſervavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terreſtribus, *Terreſtria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcuſſo volvi circum Solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Aſtris*, ſyſtemaque *Siderum*, ſpatio & numero non definiendum, mediante motu in vacuo nihilo ſuſpenſum teneri ab incomprehenſibili *Movente primo*, ENTE ENTIUM (a), *Cauſſa cauſſarum*, *Cuſtode Rectoreque univerſi*, *mundani hujus operis Domino & Artifice*. *Vis illud* FATUM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia*. *Vis illud* NATURAM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo nata ſunt omnia*. *Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare*, *recte dices*, *eſt cujus conſilio mundus actus ſuos explicat* (b); *Totus eſt* SENSUS, *totus* VISUS, *totus* AUDITUS, *totus* ANIMÆ, *totus* ANIMI, *totus* SUI; *Hujus* EXTERA *indagare non capit humanæ conjectura mentis* (c); NUMEN *eſſe credi par eſt*, *æternum*, *immenſum*, *neque genitum neque creatum* (d). *Hoc ſine quo nihil eſt*, *quod totum hoc fundavit & condidit*, *quodque oculos noſtros & implet & effugit*, *cogitatione tantum viſendum eſt*; *in ſanctiore enim receſſu Majeſtas tanta delituit*, *nec ulli dat aditum niſi animo* (e).

MUNDUS complectitur omnia ſub Jove, quæ in notitiam noſtram per ſenſus cadere poſſunt; ſunt hæc *Aſtra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum inoffenſam velocitatem procedere videmus æternæ legis imperio*, *nec eſſe temere errantis hunc ordinem*, *neque quæ temere coiverunt tanta arte pendere*, *ut terrarum graviſſimum pondus ſedeat* (*quaſi*) *immotum & circum ſe properantis cœli fugam ſpectet* (f).

ASTRA ſunt remotiſſima corpora lucida, quæ gyrantur motu perpetuo; ſunt hæc aut SIDERA, propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stellæ fixæ*; aut PLANETÆ, a ſideribus lucem mutuan-

(a) *Ariſtoteli*. (b) *Senec. quæſt. II: 45. hoc reſpectu, ſed caute, ne effectus ſumatur pro cauſſa.* (c) *Exod. XX: 4.* (d) *Plin. Nat. II. t. 7.* (e) *Senec. VII: 31.* (f) *Senec. I: 1.*

tuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; ſecundarii obſecundantes Planetis, ut *Luna* Telluri, aliique; *nec poſſe ſine Cuſtode tantum opus ſtare, nec hunc Siderum diſcurſum fortuiti impetus eſſe, nam quæ caſus incitat ſæpe turbari & cito arietare debent* (g).

ELEMENTA ſunt corpora ſimplicisſima, atmoſphæram Planetarum conſtituentia, ſpatia inter Aſtra forte replentia:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| IGNIS | *lucidus*, | *reſiliens*, | *calidus*, | *evolans*, | *viviſicans*. |
| AËR | *pellucidus*, | *elaſticus*, | *ſiccus*, | *obvolans*, | *generans*. |
| AQUA | *diaphana*, | *fluida*, | *humida*, | *tranans*, | *concipiens*. |
| TERRA | *opaca*, | *fixa*, | *frigida*, | *quieſcens*, | *ſterilis*. |

*Sic tota hujus Mundi concordia ex diſcordibus conſtat*, (h).

TELLUS eſt globus planetarius, horis 24 rotatus, circum Solem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmoſphæra obvelatus, rerum *Naturalium* ſtupendo cortice tectus, cujus cognoſcendæ ſuperficiei ſtudemus. Globus hic terraqueus eſt, cujus depresſiorem partem Aquæ inundant & *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquæ fugiunt ſenſim dilatandam in *Continentem* ſiccam habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, ut ſummi montes perennique nive Alpini *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terreſtri cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore vivificatis corporibus. *Omnium Elementorum alterni recurſus ſunt; quidquid alteri perit in alterum tranſit; alternæ ſunt vices rerum* (i).

NATURA lex immutabilis Dei, qua res eſt id quod eſt, & agit quod agere juſſa eſt (*Helmont.*); Hæc opifex rerum, ſui juris, docta a nullo edocta, ſaltus non facit; clam operatur; quod commodisſimum in omnibus ſuis operationibus ſequitur; nihil fruſtra nihilque ſupervacaneum agit; dat ſingulis ſingula & omnibus omnia; Conſvetudinem ſolam ardet. *Omnia adjuvabunt Naturam, ut Naturæ opera peragantur* (k).

NATURALIA ſunt corpora cuncta Creatoris manu compoſita, Tellurem conſtituentia, in REGNA NATURÆ tria diviſa, quorum limites concurrunt in Zoophytis.

LAPIDES corpora *congeſta*, nec viva, nec ſentientia.
VEGETABILIA corp. *organiſata* & *viva*, non ſentientia.

ANI-

(g) *Senec.* (h) *Helmontii definitio.* (i) *Senec. III: 10:* (k) *Senec. III: 29.*

Animalia corp. *organiſata* & *viva*, & *ſentientia*, ſponteque ſe moventia.

*Non ad unam Natura formam opus ſuum præſtat, ſed in ipſa varietate ſe jactat* (l). *Ideoque ex aliis alias reparat natura figuras, non uno contenta tenore valet, ſed immutatas gaudet habere vires.*

REGNA Naturæ, Planetam Telluris conſtituentia, ideoque tria ſunt.

Lapideum rude inhabitat interiora; a Salibus in Terris generatur; temere miſcetur; caſu modificatur:

Vegetabile virens ſuperficiem veſtit, Radiculis bibulis terrena haurit; Foliis obvolitantibus ætherea reſpirat; calida metamorphoſi declaratur in feſtivales Nuptias, generantes diſpergenda intra præſcriptas ſtationes Semina.

Animale ſentiens exteriora ornat; voluntarie movetur; reſpirat; ova generat; pellitur irata Fame, læta Venere, mœſtoque Dolore; prædando coercet Vegetabilia Popularesque, ut omnium proportio perennet.

HOMO ſapiens, creatorum operum perfectiſſimum, ultimum & ſummum, in Telluris cortice, Majeſtatis Divinæ ſtupendis indiciis obtecto, conſtitutus, ſecundum ſenſus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conſervationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechaniſmus, Nexus, Fines, Commoda. Hic omnipotentia Divina nobilitat Terras in Vegetabilia; Vegetabilia in Animalia; hæc demum in Hominem, qui ſapientiæ radios reflectet verſus majeſtatem radiantem duplicata luce. Sic *totus Mundus gloria divina plenus eſt* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata, contemplatur auctoris ſui Majeſtatem ex fine creationis, dignus hoſpes conſtitutus, Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit voluptatis cœleſtis veſtibulum, cujus particeps Animus in luce obambulat & tanquam in terreſtri cœlo vitam degit* (o); *Nec pietas adverſus DEum, nec quanta huic gratia debeatur, ſine explicatione Naturæ intelligi poteſt; Homo enim ortus eſt ad contemplandum Deum. & Naturæ contemplatio eſt ad Dei admirationem proxima & apertiſſima via* (p).

SAPI-

(l) *Senec. VII*: 27. (m) *Eſa. VI*: 4. (n) *David CXVIII.* (o) *Act. Holm.* (p) *Cicero. At mortuo Marco Aurelio milites creabantur imperatores, qui proprium nomen vix exarare noverant, doctosque pro pigris habebant, literis relictis ſolis*

SAPIENTIA, divinæ particula auræ, ſummum eſt attributum Hominis Sapientis, hæc juſte judicat de iis, quæ ſenſus ſiſtunt; hi vero ſiſtunt res mere naturales circumſtantes; Primus tum Sapientiæ gradus eſt res ipſas noſſe. Notitia conſiſtit in vera *Idea* objectorum, qua ſimilia a diſſimilibus diſtingvuntur *Notis* propriis, a Creatore rebus inſcriptis; hanc notitiam ut cum aliis communicet, *Nomina* propria, non confundenda, ſingulis diverſis imponat; Nomina enim ſi pereunt, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt, quibus deſtitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla deſcriptio, quamvis accurate tradita, certum demonſtret; ſed plerumque fallat* (q).

METHODUS, anima Scientiæ, indigitat, primo intuitu, quodcunque Corpus naturale, ut hoc corpus dicat proprium ſuum Nomen, & hoc nomen quæcunque de nominato corpore beneficio ſeculi innotuere, ut ſic in ſumma confuſione rerum apparenti, ſummus conſpiciatur Naturæ ordo. Syſtema apte quinquies tantum ſubdividitur: ſic

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Claſſis*, | *Ordo*, | *Genus*, | *Species*, | *Varietas.* |
| *Genus ſumm.* | *G.intermedium*, | *G.proximum*, | *Species*, | *Individuum.* |
| *Provinciæ*, | *Territoria*, | *Parœciæ*, | *Pagi*, | *Domicilium.* |
| *Legiones*, | *Cohortes*, | *Manipuli*, | *Contubernia*, | *Miles.* |

*Niſi enim in ordines redigantur & veluti in caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt* (r).

NOMINA reſpondeant Methodo Syſtematicæ; ſint itaque

Nomina *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*, *Specierum*, *Varietatum*,
Character *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*. *Specierum Varietatumque* Differentiæ; nam nomina noſſe oportet qui rem ſcire velit, *confuſis enim nominibus omnia confundi neceſſe eſt* (r).

Primi itaque hominis actio, in aurea iſta ætate, erat inſpectio Creaturarum &, ſecundum Genera, impoſitio Nominum Specierum.

SCIENTIA Naturæ innititur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Syſtematicæ tanquam filo ariadneo, ſecundum quod Naturæ mæandros unice tutoque permeare liceat; in his *Claſſis* & *Ordo* eſt Sapientiæ, *Genus* & *Species* Naturæ opus; omnis vera cognitio eſt *Specialis*, ſolida autem *Generalis*.

Ordo

---

*Monachis intra ſua clauſtra; hi naturæ contemplationem nauci faciebant, dein ut imperſcrutabilem adſpernabantur, mox ejus cultores uti magos proſequebantur, a quo tempore verbum Dei naturale & revelatum contraria judicabantur, quo errore etiamnum multi excæcati ſancta ſimplicitate titubant. Subm. aſſ. adhr. 1769.*

(q) *Cæſalpinus.* (r) *Cæſalpinus.*

Ordo alius ſtruentis eſt, alius eſt inhabitantis. Creator incepit a ſimpliciſſimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia, in Hominem deſiit. Homo autem incipiat a ſe ipſo, deſinat in Terram. Auctor Syſtematis a particularibus ad univerſalia adſcendat; Doctor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat. Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios; adſcendat autem nauta, quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attigerit. Data diſtincta rerum cognitione, ulterius penetrandum in Specialiſſimas Proprietates, Phænomena, Myſteria, Dotes, Vires, Uſus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diætæ, Medicinæ, Oeconomiæ tam privatæ, quam ipſius naturæ. *Felices agricolæ bona ſi ſua norint!*

Omnes res creatæ ſunt divinæ ſapientiæ & potentiæ teſtes, divitiæ felicitatis humanæ; ex harum uſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſervatione*, *Proportione*, *Renovatione*, potentia *Majeſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper æſtimata; a vere eruditis & ſapientibus ſemper exculta; male doctis & barbaris ſemper inimica fuit.

RE-

---

**Narrabo mirabilia Tua DOMINE,**
**& virtutem Terribilium Tuorum dicant generationes.**
*David.*

---

# REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA, organiſatione viva, animato Medullari *ſentiunt*, Nervis *percipiunt*, ſeque ex arbitrio *movent* motu poſſibili. 1

VITA animalis Machinæ hydraulicæ, perpetui mobilis, e Medulla a primordio continuata flagrat veſtalis ignis flammula æthereo-electrica, ſpiraculis ſuſtentanda, in qua incomprehenſibilis arbitraria voluntas motrix reſidet.

VIVENTIA ſingula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liqvido, cum *omne vivum ex ovo.*

OVUM intra *Tunicas*, ſæpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti inſertum *Punctum* ſaliens, *vegetans* in Embryonem, *cauleſcentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium *medullare* novi animalis ſuique ſimillimi, carinam malpighianam dictum, tanquam plumulam vegetabilium; hoc ex genitura pollinifera *Cor* adſociat ramificandum in corpus; Punctum enim ſaliens Ovi incubantis Avis oſtendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceſſans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, ſenſim dilatata, liquores ſecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus eſt tantum a prima creatione continuata medullaris vitæ ramificatio, cum ovum ſit gemma medullaris matris a primordio viva, licet non ſua ante proprium Cor paternum; ſic *Generatio Æquivoca nulla.*

MACHINA Animalis hydraulica, conformis Vegetabili, ſed verticalis & Facultatum *officinis* concamerata, varie in diverſis modificata:

Medullaris intima, molluſca, e *Bulbo* baſeos cerebroſo elongata *Caule* ſimpliciſſimo, apice per ſe infinite progreſſivo, emittens ad totum *fila* nervea ſimpliciſſima, ſibi homogenea.

Interanea cruſta induranda, priorem veſtiens, e *Tubere* cranii elongata in *Caulem* vertebrarum, articulatum geniculis mobilibus, oppoſite artubus ramoſum, cui inſident *Folia* muſcularia, determinate ſparſa, apice proximo articulo etiam affixa, fibroſo-carnoſa, contractilia.

Cor-

Corticalis extima, Radicata interius vaſis lacteis, e *Bulbo* Cordis elongata in *Caulem* vaſculoſum duplicem paremque, ſimiliter ramoſum, infinite ramuloſum, e cujus ultima dichotomia *Fructificatio* genitalium.

FACULTATUM cameræ intra machinam animalem ſunt V.

△ Animalis medullaris, electrico-motoria, ſuprema, officina *τȣ θεȣ* iſtius viventis, clam agentis, volentis ſentientisque, intraque bulbum organiſatum ratiocinantis, ſe pandens, per fila electrica totum gubernat, regit.

🜁 Vitalis pulmonum, pneumatica, ſecunda, aëris electricum vitale haurit pro flammula animali.

▽ Naturalis Vaſorum, hydraulica, tertia, e cordis perpetuo mobili, reciproce recipit propellitque per totum ſuccos addendos auferendosve, ne unquam deficiant.

🜃 Alimentaris inteſtinorum, digeſtiva, quarta, præparat intra tubum inteſtinalem ſuccos aptos pro vaſis lacteis, deferendos ad vitalem corticem & ultra.

O Genialis ſpermatica, combinatoria, infima, ex ultimo trunci animalis naturalisque, coadunat Medullarem cum Corticali, ut inde diſtincta promanet machinula animalis.

ORGANA ſenſuum machinæ ſunt phyſicæ, inſertæ extremitati nervi, ſenſorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal remota.

Oculus: *Camera obſcura*, imaginem proportione, figura, colore depingens.

Auris: *Tympanum* membranæ corda tenſæ ſuper cochleam, a motu ætheris tremens.

Naſus: *Membrana* latiſſima, humida, contortuplicata, aëris perrepentis volatilia figens.

Lingva: *Spongiolæ* bibulæ, ſparſæ, humido ſolutum attrahentes.

Tactus: *Papillæ* molluſculæ, figuram impreſſam brevi aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia. Plura ſi Creatori addere placuiſſet, plura percepiſſent; uti Magnete præſentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennas* Inſectis ſolis conceſſit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione ſolida præſentia: examinat *Naſus* volatilia nervis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. Grata conceſſa ſalutaria, ſ. Ingrata vetita noxia.

COGI-

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| GAUDIUM | puerile, | ſanguineum, | rubrum, | oleoſum, |
| | ſpongioſum, | tepidum, | libere pulſans, | anhelans, |
| | ridens, | tranſpirans, | promtum. | *Vita.* |
| METUS | juvenilis, | phlegmatic. | palleſcens, | aquoſus, |
| | laxus, | horrens, | debile pulſans, | dyſpnoicus, |
| | ſuffocans, | cacans, | tremens. | *Morbus.* |
| IRA | virilis, | cholerica, | lutea, | ſpirituoſa, |
| | ſtricta, | fervens, | dure pulſans, | aſthmatica, |
| | ſtertens, | micturiens, | agitans. | *Medicina.* |
| MOEROR | ſenilis, | melancholic. | ater, | acidus, |
| | rigidus, | frigidus, | tarde pulſans, | orthopnoicus, |
| | ſuſpirans, | obſtipans, | quieſcens. | *Mors.* |

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fugâ eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

POLITIA Naturæ manifeſtatur ex tribus Naturæ regnis ſimul: quemadmodum enim Imperantium cauſſa Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſervando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal) ob maxima & ſingula, ſeſe vero præcipue, ſæva mercede conducta tyrannidem exercent, ut Proportio cum nitore Reipublicæ naturæ perennet. Vicisſim ſinguli cives conſpirant in Majeſtatem Hominis rationalis imperantis, cujus eſt ſummum Reipublicæ auctorem agnoſcere. *Amoenit. acad.* 6. *p.* 17.

RESPUBLICA Naturæ, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos Amnes Fluvios ad Mare tranans, e numeroſiſſima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, pauciſſimosque *Magnates* ad *Imperantem* adſcendit, dum Animalia minima, numero vi potentiaque facile infinita, in uſum cedant majoribus inertioribus præſtantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota ſit.

MINISTRI Politiæ, propriis muniis præfixi, tot ſunt, quot animalium *Species*, ſinguli ad officia proprio commodo allecti, qvum ex labore ſuſtentationem ſuam reportent, ne quidquam deficiat, ubi nihil ſupervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis ſeſe immiſceat, ſimulque lucrum alteri præripiat, ſub poena capitali ſancita *Lex veneni*, ipſis ſenſibus, *Olfactus* imprimis & *Guſtus*, inſcripta, ne transgreſſores excuſabiles evaderent.

OPERATIONES Naturæ incolarum præcipuæ ſunt:

1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis ſufficiant.
2. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium ſervare, ut proportio perennet.
   *Detondere* quotannis Vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum.
   *Coërcere* erronea, ne expellantur legitima.
   *Auferre* languida, mortua, immunda, conſpurcata, ſtagnantia, acida & putrida, ut nitor aulæ fulgeat.
3. *Vindicare* ſe ipſos ab interitu, ne vacet adminiſtratio.

OECONOMIA Naturæ verſatur circa Rerum *Generationem*, *Conſervationem*, *Deſtructionem*, ut opus Creatoris illibatum perſiſtat, ad quod tota conſpirat Natura:

*Generata* calido ſanguine, pro educatione, aliorum cura opus habent; cumque Creator non remunerandus primi individui curam geſſit, depoſitum hoc tranſeat linea deſcendenti ad natos, qui id parenti non reddunt.

*Conſervatio* quotidiano alimento, ſed late diſperſo, adeoque impigre quærendo; ſic Fames diſpergit per orbem ea, quæ Venus convocat.

*Deſtructio* unius fit alterius reparatio, cum deficientibus cadaveribus laborioſo venatu ſuſtentabitur vita; Sic Rapina rerum omnium eſt, quam armis, munimentis, motu diverſimodo, halituque eludant vivaciora, dum languida ſuccumbant & vegetiora in motu feſtinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES Naturæ etiam præfixi ad munia promte peragenda:
*Venus* blanda ad Multiplicationem convocat irritatque,
*Fames* avara ad Conſervationem diſpergit ſollicitatque,
*Dolor* atrox ad Deſtructionem concitat repellitque,
neque hi ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna ſtructura indicatur:

| | | |
|---|---|---|
| *COR* biloculare, biauritum; *Sangvine* calido, rubro. | viviparis | *Mammalibus.* |
| | oviparis | *Avibus.* |
| *COR* uniloculare, uniauritum; *Sangvine* frigido, rubro. | pulmone arbitrario | *Amphibiis.* |
| | branchiis externis | *Piſcibus.* |
| *COR* uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida, albida. | antennatis | *Inſectis.* |
| | tentaculatis | *Vermibus.* |

## I. MAMMALIA.

*Cor* biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro (*).
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillæ* incumbentes, tectæ: *Dentibus* intruſis pleriſque.
*Penis* intrans viviparas, lactiferas.
*Senſus:* Lingua, Nares, Oculi, Aures, Papillæ.
*Tegmenta:* Pili, pauci indicis, parciſſimi aquaticis.
*Fulcra:* Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores in caudæ pinnam Compedes.* Cauda *pleriſque.*

## II. AVES.

*Cor* biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro.
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillæ* incumbentes, nudæ, exſertæ, edentulæ.
*Penis* ſubintrans abſque ſcroto oviparas cruſta calcarea.
*Senſus:* Lingua, Nares, Oculi, Aures abſque auriculis.
*Tegmenta:* Pennæ incumbentes, imbricatæ.
*Fulcra:* Pedes bini. Alæ binæ. *Uropygium* cordatum.

## III. AMPHIBIA.

*Cor* uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
*Pulmones* ſpirantes arbitrarie.
*Maxillæ* incumbentes.
*Penes* bini. Ova pleriſque membranacea.
*Senſus:* Lingua, Nares, Oculi, Aures variis.
*Tegmenta* cutacea nuda.
*Fulcra* varia variis, quibusdam nulla.



(*) In omnibus animalibus, quibus ſanguis non calet, ventriculus cordis eſt unicus. *Hall. Boerh. I. p. 117, 191* miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adſcribat *Haſſelquiſt itiner. 293.*

IV. PISCES.

*Cor* uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
*Branchiæ* extus comprimendæ.
*Maxillæ* incumbentes.
*Penes* nulli. Ova absque albumine.
*Senſus:* Lingua, Nares? Oculi (non Aures).
*Tegmenta:* Squamæ imbricatæ.
*Fulcra:* Pinnæ Natatoriæ.

V. INSECTA.

*Cor* uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida.
*Spiracula:* Pori laterales corporis.
*Maxillæ* laterales.
*Penes* intrantes.
*Senſus:* Lingua, Oculi, Antennæ in capite absque cerebro. (non Aures, Nares).
*Tegmenta:* cataphracta cute oſſea ſuſtentante.
*Fulcra:* Pedes, quibusdam Alæ.

VI. VERMES.

*Cor* uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida.
*Spiracula* obſcura.
*Maxillæ* multifariæ, variæ variis.
*Penes* varii Hermaphroditis Androgynis.
*Senſus:* Tentacula (Caput nullum, vix Oculi, non Aures, Nares).
*Tegmenta* calcarea aut nulla, niſi Spinæ.
*Fulcra:* nulli Pedes aut Pinnæ.

* * * * * *

VIVARIUM Naturæ ſic alit VI-plicis formæ Animalia:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Mammalia* | piloſa, | in *Terra*, | gradiuntur, | loquentia. |
| *Aves* | plumoſæ, | in *Aëre*, | volitant, | cantantes. |
| *Amphibia* | tunicata, | in *Calore*, | ſerpunt, | ſibilantia. |
| *Piſces* | ſquamati, | in *Aqua*, | natant, | poppyzantes. |
| *Inſecta* | cataphracta, | in *Sicco*, | exſiliunt, | tinnitantia. |
| *Vermes* | excoriati, | in *Humido*, | panduntur, | obmuteſcentes. |

CLAS-

# CLASSIS I.

# MAMMALIA.

*Balatu Pecorum & crebris Mugitibus amnes*
*Arenteſque ſonant ripæ colleſque ſupini.*
VIRGIL. III: 554.

MAMMALIA *hæc & nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiſcum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum maxima pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITUS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, injuriæ minus obnoxiis; iisque fertilioribus in frigidis quam æſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), ſquamæ coadunatæ in *Scutum* (Daſypis); at pilorum vellus ſæpe diſtinctum *Suturis* (Cani, Equo), quæ elongatæ in *Jubam* (Equo, Sui); Sed Aquatica *nuda* evaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Præterea Facies ſæpe *Verrucis* ſetiferis, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiæ, Capræ) & Pedes Pectusque *Callis*, (Equo, Camelo,) non raro notata ſunt.

FULCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hoſtem, aut aſſequendo prædam, TERRESTRIBUS ſunt *Pedes IV*, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diviſæ (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmius perſiſterent (Homini, Urſo); Ne vero fuga deterrerentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopo, Bradypis), vel UNGULATI *ungulis* tanquam calceolo digitum veſtientibus (Belluis, Pecoribus), quibus ſæpe etiam Tali *ſuccenturiatis* incluſi; at vero ferociora magis UNGUICULATA *unguibus* digito ſuperimpoſitis ariſtata armataque, ut prædam apprehenderent, adverſarium lacerarent, terramve foderent; his ungves plerisque ſubulati, arcuati; paucis manuleatis ovales, complanati; at vero rapaciores Feræ *unguibus* armatæ ſubulatis; ſed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aëra ſcandunt (Veſpertilio-



tilio-

tiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQUATICA, unguibus ungulisque deſtituta ſ. *mutica*, quorum brachia intra latus retracta, & femora poſtice coadunata plantis in Pinnam horizontalem (Cetis).

ARMA Mammalium præter dictos *Ungues*, nominandosque *Dentes*, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inſerta ſunt; hæc vel *ſolida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramoſa* annua, primumq e piloſa apiceque creſcentia (Cervis), vel *cava* vaginantia baſique creſcentia (Bobus, Capris, Ovibus), quibus adverſarium occurſant, penetrant, verberant; ſic eludunt hoſtem varie vel dimicando, mordendo, lacerando, calcitrando, feriendo, vel currendo, ſubſiliendo, ſcandendo, fodiendo, urinando, natando, volitando, vel foetendo, clamando, terrefaciendo.

CIBARIA inſtrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* ſæpe compreſſi Inciſores pro evellendo, rodendo, conſcindendo; *Laniarii* conici longiores absque antagoniſta occurſante pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtuſi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* ſolæ Myrmecophagæ & Manes evaſere.

UMBRACULUM eſt *Cauda*, e vertebris dorſi multiplicatis poſtice elongata, qua turpiſſimæ abſconduntur partes; hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpæ, Erinaceo), *elongata* ad pedum longitudinem & ultra (Canibus, Muribus, &c.); harum ſingulæ vel *Nudæ* (Muribus), vel *Prehenſiles* convolvendæ proque quinta manu inſervientes (Simiis, Hyſtrici, Didelphibus), vel *Comoſæ* longis ſetis (Equis, Bobus), vel *Flocco-ſæ* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Jaculo), vel *Diſticha* utrinque piloſæ (Sciuris, Myrmecophagæ).

CUSTODES Animalium *Senſus* ſunt pro conſervatione individui:

*Auriculæ*, exceptis aquaticis, pro Auditu præſtantiore: rotundatæ, ovatæ, acutæ, acuminatæ, fiſſæ, erectæ, pendulæ.

*Oculi Pupilla* orbiculari diurnis, lineari expandenda vel perpendiculari vel tranſverſali nocturnis. *Membrana nictitans* paucis. *Palpebræ* mobiles omnibus; utræque ciliatæ (Homini Simiisque), ſuperiore tantum ciliata reliquis plerisque.

*Naſus* compreſſus, ſimus, reſimus, aut bifidus, labiis brevior (Simiis), paulo longior (Feris plerisque), aut elongatus in *Proboſcidem* (Elephanti); *Nares* ovatæ aut orbiculatæ.

*Lingua*

*Lingua* ſimplex plerisque, denticulato-ciliata (Canibus), ſupra aculeata (Felibus), filiformis (Manibus, Myrmecophagis), bifida (Phocis). *Labium ſuperius* lacunoſum plerisque, bifidum (Gliribus).

GENITALIUM curioſior indagatio abominabilis diſplicet, quamvis varia & ſingularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen poſſet ad ordines naturales viam monſtrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter ſe, quo valentiores polleant pro ſobole vivaciore, ineuntes feminas viviparas foetum intra ſe excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremve ætatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynæceum ex pluribus feminis ſibi aſſociatis defendit (Phocæ); pauciſſimis vero *Monogamia* eſt, dum Mas & Femina individui ſocii curam gerunt foetus (Simiæ nonnullæ, Lemur, Veſpertiliones, Erinaceus).

MAMMÆ lactantes Feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinato pares. *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* ſimul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digeſtæ (Suibus aliisque), at ſæpius binæ pro ſingulo foetu ordinario.

USUS: coluntur varia imprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero Eqvus, Camelus, Elephas; inſtituuntur Feræ variæ pro *venatu*, *muribus*, *ſerpentibus*; Vivariis aſſervantur rariora.

AUCTORES præcedentis ſeculi GESNERUS, ALDROVANDUS, *Jonſtonus*, præſentis RAJUS, BRISSON, *Houttinus*; Scientia ex ovo ordienda ſecundum cujuscunque Mammalis Deſcriptionem; Diætam, Oeconomiam, ut ex hiſtoria fines Creatoris eruantur, vide exempla de Cane domeſtico, Cervo Tarando, Mure Porcello, Sue Scrofa, Ove Ariete in *Amoen. Academ.* propoſita.

ORDINES imprimis a dentibus deſumuntur:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| MAMMALIA | Unguiculata. *Dentes* | Primores | *nulli utrinque* | BRUTA. | 2. |
| | | Primores | *inciſores* 2, Laniarii 0. | GLIRES. | 4. |
| | | Primores | *inciſores* 4, Laniarii 1. | PRIMATES. | 1. |
| | | Primores | *conici* (6,2,10) Laniarii 1. | FERÆ. | 3. |
| | Ungulata. *Dentes* | Primores | *Superiores & inferiores* | BELLUÆ. | 6. |
| | | Primores | *Superiores nulli* - | PECORA. | 5. |
| | Mutica. | Dentes | *varii in variis* - - | CETE. | 7. |

## I. PRIMATES.

Dentes primores inciſores: ſuperiores *IV paralleli.* Laniarii *ſolitarii.*
Mammæ *pectorales*, *binæ.*
Pedes *Manus ſunt*; Ungues *complanati*, *ovales.*
Brachia *diducta claviculis*, *inceſſu tetrapodo valgo.*
Victus *incidendo fructus*, *ſcandendo lectos.*

## II. BRUTA.

Dentes primores *nulli ſuperius aut inferius.*
Pedes *unguibus validis.*
Inceſſus *ineptior.*
Victus *comprimendo.*

## III. FERÆ.

Dentes primores conici *utrinque ſæpius VI.* Laniarii *longiores.* Molares *cuſpidato-conici* (*non truncati*).
Pedes *unguiculati* Unguibus *ſubulatis.*
Victus *lacerando cadavera rapinasque animalium.*

## IV. GLIRES.

Dentes primores inciſores 2, *ſuperius inferiusque.* Laniarii *nulli.*
Pedes *unguiculati*, *curſu ſalientes.*
Victus *rodendo cortices*, *radices*, *vegetabilia*, *&c.*

## V. PECORA.

Dentes primores *inferiores inciſores plures*; *ſuperiores nulli.*
Pedes *ungulati bifulci.*
Victus *evellendo plantas ruminandas.*
Ventriculi 4: Rumen *macerans*, *ruminans*; Reticulum *cancellatum*, *recipiens*; Omaſus *multiplicatus*, *conſumens*; Abomaſus *faſciatus*, *aceſcens Coagulo pro ſebo*, *ut minus alcaleſcant.*

VI. BEL-

## VI. BELLUÆ.

Dentes primores *obtuſi.*
Pedes *ungulati.*
Inceſſus *gravis.*
Victus *extrahendo vegetabilia.*

## VII. CETE.

Pedum *loco Pinnæ pectorales, & caudæ loco Pedes compedes in pinnam (plagiura) planam.* Ungues *nulli.*
Dentes *cartilaginei.* Naſus *frontis ſæpe fiſtula.*
Victus *e Molluſcis, Piſcibus.*
Locus *pelagicus.*
*Hos a Piſcibus divulſos juſſi Mammalibus aſſociari ob Cor biloculare calidum, Pulmones reſpirantes, Palpebras mobiles, Aures cavas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturæ jure meritoque.*

# CHARACTERES MAMMALIUM.

## I. PRIMATES.

1. Homo. *Noſce te ipſum.*
2. Simia. *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. Lemur. *Dentes primores inferiores 6.*
4. Veſpertilio. *Manus palmato-volatiles.*

## II. BRUTA.

5. Elephas. *Dentes laniarii & molares; Naſus proboſcide elongatus.*
6. Trichechus. *Dentes laniarii ſuperiores; molares ex oſſe rugoſo. Pedes compedes.*
7. Bradypus. *Dentes molares primo longiore, absque laniariis primoribusve. Corpus piloſum.*
8. Myrmecophaga. *Dentes nulli. Corpus piloſum.*
9. Manis. *Dentes nulli. Corpus ſquamatum.*
10. Daſypus. *Molares absque laniariis primoribusve. Corpus cataphractum.*

## III. FERÆ.

11. Phoca. *Dentes primores ſuperiores 6; inferiores 4.*
12. Canis. *Dentes primores 6, 6: ſuperiores intermedii lobati.*
13. Felis. *Dentes primores 6, 6: inferiores æquales. Lingua aculeata.*
14. Viverra. *Dentes primores 6, 6: inferiores intermedii breviores.*
15. Muſtela. *Dentes primores 6, 6: inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
16. Urſus. *Dentes primores 6, 6: ſuperiores excavati. Penis oſſe flexuoſo.*
17. Didelphis. *Dentes primores ſuperiores 10; inferiores 8.*
18. Talpa. *Dentes primores ſuperiores 6; inferiores 8.*
19. Sorex. *Dentes primores ſuperiores 2; inferiores 4.*
20. Erinaceus. *Dentes primores ſuperiores 2; inferiores 2.*

IV. GLI-

## IV. GLIRES.

21. Hyſtrix. *Corpus Spinis tectum.*
22. Lepus. *Dentes primores ſuperiores duplicati.*
23. Caſtor. *Dentes primores ſuperiores angulo recto excavati.*
24. Mus. *Dentes primores ſuperiores ſubulati.*
25. Sciurus. *Dentes primores ſuperior. cuneati; inferiores compreſſi.*
26. Noctilio. *Dentes primores inferiores bilobi. Manus palmato-volatiles.*

## V. PECORA.

27. Camelus. *Ecornis. Dentes laniarii plures.*
28. Moſchus. *Ecornis. Dentes laniarii ſolitarii: ſuperiorib. exſertis.*
29. Cervus. *Cornua ſolida, ramoſa, decidua. Dent. lan.* o.
30. Capra. *Cornua tubuloſa erecta. Dent. lan.* o.
31. Ovis. *Cornua tubuloſa reclinata. Dent. lan.* o.
32. Bos. *Cornua tubuloſa porrecta. Dent. lan.* o.

## VI. BELLUÆ.

33. Eqvus. *Dentes primores ſuperiores* 6; *inferiores* 6.
34. Hippopotamus. *Dentes primores ſuperiores* 6; *inferiores* 4.
35. Sus. *Dentes primores ſuperiores* 4; *inferiores* 6.
36. Rhinoceros. *Dentes primores ſuperiores* 2; *inferiores* 2.

## VII. CETE.

37. Monodon. *Dentes in maxilla ſuperiore* 2 *protenſi.*
38. Balæna. *Dentes in maxilla ſuperiore, cornei.*
39. Phyſeter. *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
40. Delphinus. *Dentes in maxilla utraque.*

# I. PRIMATES.

*Dentes Primores inciſores: ſuperiores IV, paralleli.*
*Mammæ Pectorales II.*

## 1. HOMO. Noſce te ipſum. (*)

Sapiens. 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*

*Ferus.* Tetrapus, mutus, hirſutus.
*Juvenis Urſinus lithuanus.* 1661.
*Juvenis Lupinus heſſenſis.* 1544.
*Juvenis Ovinus hibernus. Tulp. obſ. IV:* 9.
*Juvenis Bovinus bambergenſis. Camerar.*
*Juvenis Hannoveranus.* 1724.
*Pueri 2 Pyrenaici.* 1719.
*Puella Tranſiſalana.* 1717.
*Puella Campanica.* 1731.
*Johannes Leodicenſis. Boerhaav.*

*α.* ru-

---

(*) Nosse Se Ipsum gradus eſt primus ſapientiæ, dictumque *Solonis*, quondam ſcriptum litteris aureis ſupra *Dianæ* Templum. *Muſ. ADOLPH. FRID. Præfat.*

***Phyſiologice:*** Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina fragili, ſed adoleſcente in perfectiſſimam, facultatibus inſtructam fere omnibus pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abjecit natura ad vagitus ſtatim & ploratum, manibus pedibusque deviciendum, flens Animal ceteris imperaturum; cui ſcire nihil ſine doctrina: non fari, non ingredi, non veſci, non aliud naturæ ſponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura promiſit, quæ primum naſcentium omen fletum eſſe voluit. Seneca. Sed miſeret atque etiam pudet æſtimantem, quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo. Plin.*

*Tecum habita!*

***Diætetice:*** Te ſanitate & tranquillitate, ſi noveris, felicem, *Croeſo, Salomone, Alexandroque majorem:* Te *Moderatis* conſervandum, *Nimiis* deſtruendum, *Variatis* afficiendum, *Inſvetis* frangendum, *Conſvetis* indurandum; Te polyphagum Culina inſtructiſſima, per errores gratiſſima, igne vinoque horrenda. *Parvo fames conſtat, magno faſtidium. Opinio immenſum deſiderat, Natura exiguum & parabile, ergo ad ſupervacanea ſudatur. Senec. Prout vivis, ita ibis.*

*Cura valetudinem!*

***Pathologice:*** Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Curæ, tot Pericula. Breve univerſum utique ævi tempus: Pars æqua morti ſimilis exigitur; nec reputentur Infantiæ anni, qui ſenſu carent; nec Senectæ in poenam vivaces; hebeſcunt Senſus, torpent Membra, præmoriuntur Viſus, Auditus, Inceſſus, Dentes, Ciborum inſtrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam præteriit, quidquid ætatis retro eſt Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides, populum, quous-*

*Americanus.* α. rufus, cholericus, rectus.
*Pilis* nigris, rectis, craſſis; *Naribus* patulis; *Facie* ephelitica; *Mento* ſubimberbi.
*Pertinax*, contentus, liber.
*Pingit* ſe lineis dædaleis rubris.
*Regitur* Conſvetudine.

*Europæus* β. albus, ſanguineus, toroſus.
*Pilis* flaveſcentibus prolixis. *Oculis* cæruleis.
*Levis*, argutus, inventor.
*Tegitur* Veſtimentis arctis.
*Regitur* Ritibus.

*Aſiaticus.* γ. luridus, melancholicus, rigidus.
*Pilis* nigricantibus. *Oculis* fuſcis.
*Severus*, faſtuoſus, avarus.
*Tegitur* Indumentis laxis.
*Regitur* Opinionibus.

*Afer.* δ. niger, phlegmaticus, laxus.
*Pilis* atris, contortuplicatis. *Cute* holoſericea, *Naſo* ſimo. *Labiis* tumidis. *Feminis* ſinus pudoris; *Mammæ* lactantes prolixæ.
*Vafer*, ſegnis, negligens.
*Ungit* ſe pingui.
*Regitur* Arbitrio.

*Monſtroſus.* ε. ſolo (a) & arte (b, c,) variat:
a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.
*Patagonici* magni, ſegnes.
b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.
*Junceæ* puellæ abdomine attenuato: Europææ.
c. *Macrocephali* capite conico: Chinenſes.
*Plagiocephali* capite antice compreſſo: Canadenſes.

*Habitat intra* Tropicos *Palmis Lotophagus.*
*Hoſpitatur extra* Tropicos *ſub novercante Cerere, carnivorus.*

De-

---

*que cogitas eſſe; cito natura revocavit & condet; Mors omnes æque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II: 59.*

*Memento mori!*

*Naturaliter*: Te audacis naturæ miraculum, Animalium principem, cujus cauſſa cuncta genuit natura, eſſe Simium animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, ſapientiſſimum; ſed fragile, nudum, ſua ſpte natura inerme, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, alienæ o-

Descriptio: Corpus erectum, nudum, Pilis raris remotiſſimis adſperſum, ſubſexpedale.

Caput obovatum: *Pileus* longius piloſus: *Sincipite* obtuſo, *Vertice* obtuſiſſimo, *Occipite* gibboſo.

*Facies* nuda: *Frons* planiuſcula, quadrata, *Temporibus* compreſſa, angulis ſinu intra Pileum adſcendens. *Supercilia* prominula pilis extrorſum in ſuturam imbricatis, interſtincta *Glabella* planiuſcula. *Palpebra ſuperior* mobilis, *inferior* quieta; utraque *Ciliis* exſtantibus ſubrecurvatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculata absque membrana nictitante. *Genæ* gibbæ, molliuſculæ, coloratæ. *Malæ* compreſſiuſculæ. *Buccæ* laxiores. *Naſus* prominens, labio brevior, compreſſus, apice altior gibboſiorque: *Naribus* ovatis, intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Os* maribus ſetis barbatum, inprimis mentum ſetis faſciculatum. *Dentes* utrinque *Primores* inciſores, erecti, paralleli, approximati. *Laniarii* ſolitarii, paulo longiores, utrinque reliquis approximati; *Molares* quini, obtuſiuſculi. *Aures* laterales: *Auriculæ* rotundato-lunatæ, appreſſiuſculæ, nudæ, ſupra margine fornicatæ; infra gibboſæ, molles.

TRUN-

---

pis indigens, anxiæ mentis ſollicitæque tutelæ, querulæ vitæ, precarii ſpiritus, pertinacis ſpei, tardæ ſapientiæ. Temporis annihilati emortui contemtorem, præſentis vividi dilapidatorem, futuri dubii æſtimatorem in vita volucri, pretioſiſſima, irrevocabili; ſic optima quæque dies miſeris mortalibus ævi prima fugit; alium ad quotidianum opus laborioſa Egeſtas vocat; alium Luxus incarcerat, altilemque ſuffocat; alium Ambitio nunquam quieta ſolicitat; alius Divitiis, quas optaverat, metuit, & voto laborat ſuo; alium Solitudo, alium ſemper veſtibulum obſidens turba. Hic ſe habere dolet Liberos, hic ſe perdidiſſe; Lacrymæ nobis deerunt antequam cauſſæ dolendi, quas detergant ſola oblivia. Sed quousque nos malos nostra mala rapuere: circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos ſine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, ſecundos optare ventos, quorum felicitas eſt ad bella perferre; parum videlicet ad mortes noſtras terra late patet. *Senec.* *cetera animantia congregari contra diſſimilia, at Homini plurima ex homine mala! Plin.*

*Innocue vivito, Numen adeſt!*

*Politice:* Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum conſvetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, ſecundum quam honeſtus, fortis, ſapiens, moratus, pius exiſtimaris; Cum gubernatus Opinione vivas ad Conſvetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros conſtitutum, cum nulli contigit impune naſci, beneficii loco petere, ut

TRUNCUS conſtans Collo, Thorace, Dorſo, Abdomine:

*Collum* teretiuſculum, capite brevius; *Cervicis Nucha* concava; *Gula* ſupra concava, medio ſubtus gibba.

*Thorax* antice poſticeque depreſſiuſculus: *Pectus* planiuſculum, *Jugulo* excavato, *Axillis* concavis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammæ* duæ, pectorales, diſtantes, gibbæ, rotundatæ: *Papilla* cylindrica, obtuſa, rugoſa, areola cincta.

*Dorſum Tergo* planiuſculo, *Humeris* exſtantibus, *Interſcapulio* depreſſo.

*Abdomen* gibbum, laxum: *Umbilico* excavato, *Epigaſtrio* planiore, *Hypogaſtrio* gibboſiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiuſculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exſerta: *Pene* cylindrico, *Scroto* ſubrotundo, rugoſo cute laxa, *ſutura* longitudinali per *Perinæum* excurrente; ſ. *Vulva* gibba, compreſſiuſcula, *clitoride*, *nymphisque* inſtructa. *Cauda* exſerta nulla.

AR-

---

ultimus cervicem præbeas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in craſtinum Lapillos fortunæ certas, latratu in furorem ageris, aliter theoretice pios odio perſequeris, quantosque tumultus excitas, non út ſervias, ſed cui; nugis irrevocabile tempus conſumis; immortalia æternaque animo volutas, de ſeris nepotibus pronepotibusque diſponis, novas ſpes oblitus conditionis Tuæ inchoas, immemor ſepulchri arces ſtruis, cum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ἄνθρωπος) ſomnium primo obſervas; *Sic vivimus ut immortales & morimur ut mortales! Senec.*

*Eſto antiqua virtute & fide!*

*Moraliter*: Te combinatum Medullari animato volante Juſtum & Corporeo affectuoſo volente Gratum, ſub *larva* Ineptum, Laſcivum, Sectatorem, Ambitioſum, Prodigum, Querulum, Aſtutum, Moroſum, Invidum, Malitioſum, Avarum, *transformari* in Attentum, Caſtum, Conſideratum, Modeſtum, Sobrium, Tranquillum, Sincerum, Mitem, Beneficum, Gratioſum, ſuis Contentum. *Uni animantium Luctus, Luxuria, Ambitio, Avaritia, Vivendique cupido; curat atque etiam poſt ſe de futuro. Plin.*

*Benefac & lætare!*

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum & *Pedibus* poſterioribus:

Manuum *Armi* divaricati, craſſiuſculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuſo-prominulus. *Ulna* craſſitie armorum, teres, introrſum planior. *Palmæ* rotundatæ, dilatatæ, planæ, extus convexæ; *Vola* concava; *Digiti* V: *Pollex* remotus, brevior, craſſior. Digiti 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, ſed 3 paulo longior, medium femoris attingens. *Ungues* omnibus rotundati, obovati, plano-convexi, *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *Lumbis* muſculoſis, *Natibus* gibbis, carnoſis, *Genubus* antrorſum verſis, obtuſiſſimis, poplitibus ſubtus concavis. *Crura* longitudine femorum, poſtice muſculoſo-ventricoſa, inferne anguſtiora, antice macra. *Calcanei Talis* inſiſtentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, oppoſitis, hemiſphæricis, duriuſculis. *Plantæ* oblongæ, ſupra convexiuſculæ, ſubtus planæ, transverſe concavæ. *Digiti* V: omnes incurvi, ſubtus gibbi, approximati. *Pollex* craſſior, brevior; 2, 3 ſubæquales, 4, 5 decreſcentes; ultimo minimo. *Ungues* ut in Manibus omnes.

*Differt* itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloſo Capite, Superciliis, Ciliisque, maturis Pube, Axillis. Mammæ 2 pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Uvula; Facies abdomini parallela, nuda: Naſo prominente, compreſſo, breviore; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis inſiſtentes. Mares mento barbato; Feminæ imberbi.

2. H.

---

*Theologice*: Te ultimum finem creationis;

In Telluris globum, Omnipotentis magiſterium, introductum; ratione ſapiente, ſecundum ſenſus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnoſceres Creatorem omnipotentem, omniſcium, immenſum & ſempiternum DEum, cujus ſub imperio quod moraliter vivas, a juſtisſima ejus Nemeſi convincaris.

*(Cetera revelata a Theologis explicanda.)*

*Duo namque ſunt quæ in cognitionem Dei ducant, Creatio & Scriptura.*
*Auguſtinus.*

*DEUS itaque Natura cognoſcendus, dein Doctrina recognoſcendus.*
*Tertullian.*

*Homo ſolus DEum contemplatur, Naturæ & Revelationis eundem Auctorem.*

*quem Te Deus eſſe*
*juſſit, & humana qua parte locatus es in re, diſce. Perſ. III. 71.*

*Memento Creatoris Tui!*

Troglo-dytes. 2. H. nocturnus. * *Amoen. acad.* 6. *p.* 72. *t.* 76. *f.* 1. Homo ſylveſtris Orang Outang. *Bont. jav.* 84. *t.* 84. Kakurlacko. *Kœp. itin. c.* 86. *Dalin. orat.* 5.

*Habitat in* Æthiopiæ *conterminis* (*Plin.*), *in* Javæ, Amboinæ, Ternateæ *ſpeluncis*, *in monte Ophir* Malaccæ.

Corpus *album*, *inceſſu erectum*, *noſtro dimidio minus.* Pili *albi*, *contortuplicati.* Oculi *orbiculati:* iride pupillaque *aurea.* Palpebræ *antice incumbentes cum Membrana nictitante.* Viſus *lateralis*, *nocturnus.* Manuum *digiti in erecto attingentes genua.* Aetas *XXV annorum.* Die *cæcutit*, *latet*; Noctu *videt*, *exit*, *furatur.* Loquitur *ſibilo*; *Cogitat*, *ratiocinatur*, *credit ſui cauſſa factam tellurem*, *ſe aliquando iterum fore imperantem*, *ſi unquam fides peregrinatoribus multis. Autoptæ in hac & proximis obſervent*, *num feminæ Clitoride & Nymphis inſtruantur*, *quibus Homo a Simiis differt.*

C 2. SI-

(*) *Genus* Troglodytæ ab Homine diſtinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, niſi aſſumerem notam lubricam, in aliis generibus non conſtantem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Caffræ, quibus carent Simiæ, hunc ad Simias reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ exiſtant, ab Hominis Genere ſeparari queat, *nam inter ſimias verſantem oportet eſſe ſimiam. Apollodor.*

*Speciem* Troglodytæ ab Homine ſapiente diſtinctiſſimam, nec noſtri generis illam nec ſangvinis eſſe, ſtatura quamvis ſimillimam, dubium non eſt; ne itaque varietatem credas, quam vel ſola Membrana nictitans abſolute negat, & manuum longitudo.

*Afri* Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus ſum, collatis imprimis Varietatum cauſſis in Plantis, & Animalium generatione ambigena, nec tamen quidquam de Mauris nigris ex albis ſtatui.

*Præadamitas* nec dixi hos filios tenebræ, quamvis nos ultimum ſimus Creationis opus.

LUCIFER: Homo *caudatus*, *Amoen. acad.* 6. *p.* 70. *t.* 76. *f.* 2. *Maupert. epiſt.* 7. *Kœp. it.* 79. *Bont. jav.* 85. *an Geſn. quadr.* 859. *Aldr. digit.* 249? incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem excitet, carnesque aſſet, quamvis & crudas voret, teſtimonio Peregrinantium.

## 2. SIMIA. *Dentes Primores* utrinque IV, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, longiores, hinc remoti.
*Molares* obtuſi.

* *Cauda nulla:* Simiæ *veterum.*

**Satyrus.** 1. S. ecaudata ferruginea, lacertorum pilis reverſis, natibus tectis. *Amoen. acad.* 6. *p.* 68. *t.* 76. *f.* 4.
Homo ſylveſtris. *Edw. av.* 5. *p.* 6. *t.* 213.
β. Satyrus indicus. *Tulp. obſ.* 3. *c.* 56. *Scotin. Lond.* 1738. *tabula.* Chimp-anzee.
*Habitat in* Oriente. *ex dono D:ni Edwards.*
Corpus *bipedale, erectum, undique veſtitum, brunneum: pilis rarioribus, ruſo-fuſcis, longitudine vix digiti. Pili in lacertis reverſi verſus cubitum.* Nates *tectæ.* Caput *rotundum. Frons nuda. Oris margo hirtus. Cilia nigra: ſuperiora longiora denſiora. Superciliorum loco ſeries transverſa pilorum. Nares breviſſimæ, ſubvilloſæ.* Palmæ *intus glabræ, pollice palma breviore.* Plantæ *forma pedum, pollice breviſſimo; reliquis digitis longioribus.*
*An* β *Species diſtincta; quam vide Amoen. acad.* 6. *p.* 69. *t.* 76. *f.* 3. *certe* β *abdomine ventricoſo glabro differt; an ſexu?*

**Sylvanus.** 2. S. ecaudata, natibus calvis, capite ſubrotundo.
Simia. *Geſn. quadr.* 847.
Simia unguibus omnibus planis & rotundis. *Briſſ. quadr.* 188.
Cercopithecus. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f.* 5.
*Habitat in* Africa, Zeylona. *Minatur minis, cachinno blanditur, Caffrorum more ſalutat. Sorbilia manu haurit. Femina menſtruat.*
Frons *ad ſuperciliorum regionem transverſe gibba.* Pellis *urſina.* Scrotum *tanquam intra vulvam reconditum; vel penis intra Scroti foramen; autumno* Teſticuli *intumeſcunt.* Sedes *Feminæ rapi inſtar extu-*

---

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis, *Ennius*: quod Simiæ Mammæ, Uvula, Uterus, Cilia, Muſculi loquelæ, Ungves Hominis ſunt; an ulſis Rete mirabile, Clitoris, Nymphæ; *Mirum adeo parum differre ſtultiſſimam Simiam a ſapientiſſimo Homine, ut iſte geodætes naturæ etiamnum quærendus, qui hos limitet.*

*extuberans.* Lacertorum *pili ſubtus reverſi, uti & verticis.*
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 7. *obſ.* 40.

Inuus. 3. S. ecaudata, natibus calvis, capite oblongo.
Simia cynocephala. *Briſſ. quadr.* 191.
Simius cynocephalus alter. *Alp. ægypt.* 241. *t.* 16.
*Habitat in* Africa.
*Simillima S. Sylvano & Cynocephalo, ſed roſtro productiore, colore pallidiore; non miſcetur cum Sylvano. Ungues omnes rotundati.*

* * *Cauda abbreviata:* Papiones.

Nemeſtrina. 4. S. ſemicaudata ſubbarbata griſea, iridibus brunneis, natibus calvis.
Simia brevicaudata. *Edw. av.* 5. *p.* 8. *t.* 214.
*Habitat in* Sumatra.

Apedia. 5. S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis: pollicum rotundatis; natibus tectis.
Simia cauda abrupta, unguibus compreſſis: pollice palmarum digitis adhærente. *Amoen. acad.* 1. *p.* 278.
*Habitat in* Indiis.
Magnitudo *& color Sciuri; ſubgriſea.*
Pollex *manuum anticarum non remotus.* Ungues *omnes oblongi, compreſſi, ſed pollicum tam anteriorum, quam poſticorum humanis ſimiles.* Cauda *breviſſima, vix pollicis transverſi.* Os *fuſcum pilis patulis.*

Sphinx. 6. S. ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acuminatis, natibus calvis.
Papio ſ. Baboon. *Geſn. quadr.* 252. *t* 253. *Aldr. dig.* 260. *Jonſt. quadr.* 145. *t.* 61. *f.* 1. *Raj. quadr.* 158. *Briſſ. quadr.* 192.
*Habitat in* Borneo, *animal libidinoſum, mulieribus facile vim inferens, robuſtum & ferox.*
Caput *oblongum Canis, ſed obtuſius.* Collum *longum.* Cauda *brevis erecta.* Nates *ſanguinolentæ.*

* * * *Cauda elongata:* Cercopitheci.

Maimon. 7. S. caudata ſubbarbata, genis cæruleis ſtriatis, natibus calvis.
Cercopithecus cynocephalus anterius longis pilis, naſo violaceo nudo. *Briſſ. quadr.* 214.

Cynocephalus 2. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f.* 4.
Cynocephalus. *Geſn. quadr.* 93. *t.* 93. *Cluſ. exot.* 370.
*Habitat in* Zeylona. *Cl. Alſtroemer.*
Frons *pilis erectis, faſtigiatis, canis.* Roſtrum *productum, nudum.* Naſus *ſanguineus.* Bucca *nuda, cæruleſcens, oblique ſulcata.* Barba *alba, brevis.* Gula *flaveſcens.* Collum *ſupra canum, ſubtus flaveſcens.* Dorſum *griſeo-fuſcum.* Abdomen *exalbidum.* Lumbi *pilo tenuiore perlucente, cute violacea.* Nates *tuberoſæ, nudæ, ſanguineæ.* Sutura *abdominis longitudinalis, nuda, ſanguinea.* Cauda *abbreviata.* Ungues *acutiuſculi: pollicum rotundati. Georgii.*

Hamadryas. 8. S. caudata cinerea, auribus comoſis, unguibus acutiuſculis, natibus calvis.
Simia *ægyptiaca* cauda elongata, clunibus tuberoſis nudis. *Haſſelq. it.* 189. *
Simius cynocephalus ad utramque aurem magna coma. *Alp. ægypt.* 248.
*Habitat in* Africa.
Corpus *cinereum.* Cauda *longitudine vix corporis.* Aures *longa coma utrinque dependente galericuli in modum.* Nates *calvæ, ſanguinolentæ. Vide Edwardi figuram eximiam.*

Veter. 9. S. caudata barbata alba, barba nigra. *Briſſ. quadr.* 207.
Simia alba ſ. incanis pilis, barba nigra promiſſa. *Raj. quadr.* 89.
*Habitat in* Zeylona.

Silenus. 10. S. caudata barbata nigra, barba nigra prolixa.
Simia Callitriches magnitudine cynocephalorum. *Alp. ægypt.* 242?
Cercopithecus barbatus niger, cæſarie prolixa faciem cingente. *Briſſ. quadr.* 209.
*Habitat in Ægypto*
*Species obſcurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plurimis attributis.*

Faunus. 11. S. caudata barbata, cauda apice floccoſa.
Cercopithecus barbatus 1. *Cluſ. exot.* 371. *t.* 371. *Nieremb. nat.* 179. *Raj. quadr.* 159.

Cerco-

Cercopithecus barbatus infra albus, barba incana mucronata, cauda in floccum. *Briſſ. quadr.* 209.
*Habitat* - - -
*Corpus nigricans; Pectus & anteriora abdominis alba. Barba incana mucronata. Ungues humani.*

Belzebul. 12. S. caudata barbata nigra, cauda prehenſili extremo pedibusque brunneis.
Cercopithecus niger, pedibus fuſcis. *Briſſ. quadr.* 194.
Cercopithecus Meerkatz. *Jonſt. quadr. t.* 61. *f.* 3.
Guariba. *Marcgr. braſ.* 226. *Rai. quadr.* 156.
*Habitat in* Braſilia; *Oriente occidenteque ſole congregantur plures concionem celebrantes.*
Corpus *magnitudine Vulpis, nigrum, pilis longis leviſſimis nitidum.* Barba *rotunda, nigra.* Pedes & *Caudæ extremum fuſca.*

Seniculus. 13. S. caudata barbata rufa, cauda prehenſili.
Cercopithecus barbatus ſaturate ſpadiceus. *Briſſ. quadr.* 206.
*Habitat* Carthagenæ *in ſylvis ad fluvium. Transeuntes ex arboribus voce ingrata, rauca admodum, ſimul clamoſa eminusque audienda ſalutant; vix adſpici ſe ſinunt quin illico clament. Victitant Muſæ fructibus. D. Jacquin.*
Corpus *mediocre, colore conformi rubro.* Os *hominis inſtar in anteriore faciei parte mento propendente ſatis magno ut in Homine.*

Paniſcus. 14. S. caudata imberbis atra, cauda prehenſili, palmis tetradactylis.
Simia fuſca major, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda. *Brown. jam.* 489.
Cercopithecus in pedibus anterioribus pollice carens, cauda inferius verſus apicem pilis deſtituta. *Briſſ. quadr.* 211.
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *atrum, magnitudine Moloſſi.* Pedes & Cauda *dimidia exterior brunnea; Caudæ extremitas hinc nuda, qua, quidquid e terra elevet, prehendit.* Digiti *Pedum* 4-5. *Z. Hallman; eſt vero* Pollex *reliquis minor, introrſum a ceteris remotus.* Unguesque *manuum rotundati; pedum oblongiuſculi. D. Aymen. Facies nuda, rubra. Auriculæ nudæ.*

Cynomolgus. 15. S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, cauda arcuata, natibus calvis.
Cercopithecus cynocephalus, naribus bifidis elatis, natibus calvis. *Briſſ. quadr.* 213.
Cercopithecus angolenſis major. *Marcgr. braſ.* 227. *Raj. quadr.* 155.
*Habitat in* Africa; *vigilias noctu inſtituit in arboribus.*

Cynocephalus. 16. S. caudata imberbis flaveſcens, ore producto, cauda recta, natibus calvis.
Cercopithecus cynocephalus ex virideſcentibus & flavicantibus pilis. *Briſſ. quadr.* 213.
Cercopithecus. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f. ultima.*
Simius cynocephalus alter. *Alp. ægypt. t.* 10.
*Habitat in* Africa.
*Simillima S. Inuo, ſed caudata.*

Diana. 17. S. caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Linn. Act. Stockh.* 1754. *p.* 210. *t.* 6.
Cercopithecus barbatus guineenſis. *Marcgr. braſ.* 227. *t.* 228. *Raj. quadr.* 159.
Cercopithecus barbatus 2. *Cluſ. exot.* 371.
Cercopithecus barbatus fuſcus punctis albis inſperſis, barba alba. *Briſſ. quadr.* 207. *n.* 23. 24.
*Habitat in* Guinea.
*Junior ludibunda dejicit omnia, peregrinos nutitando ſalutat, irata maxillas hiante ore exagitat. Adultior dentibus laniariis elongatis mordax & maligna evadit. Cubile purum ſervat; vocata reſpondet greck.*
Magnitudo *Felis majoris, nigra punctis albidis.* Dorſum *poſtice ferrugineum.* Femora *ſubtus helvola.* Gula pectusque *alba.* Frons *pilis erectis, albis, faſtigiatis linea transverſa in formam lunæ creſcentis.* Barba *faſtigiata, nigra, ſubtus alba longiorque, inſidens tuberi adipoſo. Linea alba ab ano ad genua ab exteriori latere femorum ducta.* Cauda *recta longa nigra, uti facies, aures, abdomen, pedes.*

Sabæa. 18. S. caudata imberbis flavicans, facie atra, cauda cinerea, natibus calvis.
Cercopithecus ex cinereo flaveſcens, genis longis pilis albis. *Briſſ. quadr.* 205.

Cer-

Cercopithecus de jago. *Edw. av. 5. p. 10. t. 215.*
*Habitat in* Africa, Ægypto, *Inſ.* S. verde.
Corpus *ſtatura Dianæ ſ. Ayguiæ, magnitudine Cati, ſupra cinereo-viridi-flaveſcens; ſubtus gula, pectore, abdomine, femoribus album.* Facies *nuda, atra. Tempora ex albido flaveſcentia pilis longioribus reverſis. Supercilia nigra, ſetoſa.* Cauda *recta, longitudine corporis, cana.* Pedes *cinerei.* *Ungves rotundati, ſed in anticis ovati.*

Cephus. 19. S. caudata, buccis barbatis, vertice flaveſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.
Cercopithecus barbatus alius guineenſis. *Marcgr. braſ.* 228. *Rai. quadr.* 156.
Cercopithecus nigricans, genis & auriculis longis pilis ex albo flavicantibus, ore cæruleſcente. *Briſſ. quadr.* 206.
β. Simia *Æthiops* caudata imberbis, capillitio arrecto lunulaque frontis albis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 28. *n.* 14. *Haſſelq. it.* 190. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 4. *
*Habitat in* Guinea.
Corpus *ſtatura Dianæ, fuſcum, ſubtus cæruleſcente-candicans.* Caput *pilis arrectis albidis. Lunula ſuperciliorum alba transverſa. Palpebræ ſuperiores albæ. Buccæ pilis patulis. Os cæruleſcens.*

trepida. 20. S. caudata imberbis, capillitio arrecto, manibus pedibusque cæruleis, cauda prehenſili villoſa.
Simia cauda comata. *Edw. av. t.* 312.
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *fuſcum; ſubtus ferrugineum. Pili* capitis *erecti nigri in capillitium hemiſphæricum.* Cauda *piloſa.* Ungues *rotundati.*

Aygula. 21. S. caudata ſubimberbis griſea, eminentia piloſa verticis reverſa longitudinali. *Osb. iter* 99.
Simia nigra magnitudinis mediæ. *Edw. av.* 221. *t.* 311.
*Habitat in* India. *Osbeck.*
Corpus *griſeum lupi coloris, ſubtus gula, pectore, abdomineque albicans.* Cauda *corpore longior, cinerea, attenuata.* Facies *planiuſcula, albida, nuda.* Na-

ſus *depreſſus*, *breviſſimus*, *ab ore remotus*, *lacuna labii ſuperioris gemina*. Bucca *ſubbarbata*, *pilis ſurſum verſis*. Supercilia *frontis gibba*, *ſetoſa*, *prominentia*. Pedes *nigri ſemipalmati*: Ungues *pollicum rotundati*; *reliqui oblongi*. Auriculæ *acutiuſculæ*. *Sutura arcuata ab aure verſus oculos deorſum ad baſin maxillæ inferioris*. *Sutura alia cubiti longitudinalis*.

Varietas? *mea Capite rotundiore*; *facie minus nigra*, *Colore corporis minus ferrugineo*; *ligata ſaltat continuo*.

Pithecia. 22. S. caudata imberbis, vellere nigro apice albo, cauda nigra villoſiſſima.

Cercopithecus pilis nigris apice albo veſtitus, cauda pilis longiſſimis. *Briſſ. quadr.* 195.

*Habitat in* Guiania.

Corpus *parvum*, *nigrum*, *pilis omnibus apice albis*. Facies *pilis breviſſimis*, *albidis*. *Gula & Abdomen pilis ſordide albicantibus*. Ungves *longi*, *obtuſi*.

nictitans. 23. S. caudata imberbis nigra punctis pallidis adſperſa, naſo albo, pollice palmarum breviſſimo, natibus tectis.

*Habitat in* Guinea, *ludibunda*, *capite continuo nictitans apud Profeſſ. Bot. Burmannum Amſtelodami viſa*.

Magnitudo *fere Sylvani*. Os *breve*. Facies *piloſa*. Orbitæ *nudæ*. Irides *luteæ*. Pili *corporis nigri annulis aliquot pallidis*. Labia & mentum *albida*. Cauda *recta*, *cylindrica*, *corpore longior*. Pedes & cauda *nigra*. Pollex palmarum *non longior primo articulo indicis*, *Cl. Alſtrœmer*.

Jacchus. 24. S. caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima curvata, unguibus ſubulatis: pollicum rotundatis.

Cercopithecus braſilianus 3, Sagovin. *Cluſ. exot.* 372. *t.* 372. *Raj. quadr.* 154. 160.

Cagui minor. *Marcgr. braſ.* 227. *Klein. dub.* 11. *t.* 1. *Act. angl.* 47. *p.* 146. *Edw. av.* 5. *t.* 218.

Cer-

Cercopithecus moſchatus, teniis fuſcis, auriculis pilis albis. *Briſſ. quadr.* 202.

β Cercopithecus ex albido flaveſcens moſchum redolens. *Briſſ. quadr.* 197.

Cercopithecus Braſilienſis primus. *Cluſ. exot.* 371.

Cajtaja. *Marcgr. braſ.* 227. *Raj. av.* 155.

*Habitat in* America, *agilis, irrequieta, ſcandens more Sciuri, incurvata, non prehenſili cauda; rodit ligna ut Mures, edit inſecta, fructus, lacticinia, panes triticeos martiosque, Theam, Paſſeres, indomita, morſitans, Felibus infeſtiſſima, quibus ſe ſub earum ventre affigit. Sonus ſtridor ſibilans; odor Moſchi.*

Corpus *Sciuro minus, griſeo-cineraſcens.* Caput *minimum, atrum. Labia & frons alba, ſed inter oculos flaveſcens.* Aures *antice tegit Barba alba, longitudine totius auriculæ, ne flatus intret.* Cauda *corpore longior, villoſa admodum, albo-annulata, ſubcurvata, non tamen prehenſilis.* Dentes *primores* 4: *intermedii latiores paralleli; laterales vero acuti, minus apice diſtantes.*

Oedipus. 25. S. caudata imberbis, capillo dependente, cauda rubra, unguibus ſubulatis.

Cercopithecus minimus mexicanus, capillitio niveo. *Edw. av.* 195. *t.* 195.

Cercopithecus pilis caneſcentibus nigro mixtis, cauda rufa. *Briſſ. quadr.* 19.

Cagui major braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 227. *Raj. quadr* 154.

*Habitat in* America.

Corpus *parvum, griſeum, ſubtus album.* Caput *capillitio dependente longo albo. Facies nigra, ultra aures nuda.* Cauda *longa, nigra, a baſi ad medium ſanguinea.*

Roſalia. 26. S. caudata imberbis, capite piloſo, faciei circumferentia pedibusque rubris, unguibus ſubulatis.

Cercopithecus ex albido flavicans, faciei circumferentia ſaturate rufa. *Briſſ. quadr.* 200.

*Habitat in* Braſilia.



---

Notæ *primariæ Simiarum ſunt* Cauda *recta ſ. prehenſilis;* Nates *calvæ ſ. tectæ;* Ungues *rotundati ſ. ſubulati;* Mentum *barbatum ſ. imberbe.*

Corpus *ex albido flavicans. Pollices omnes unguibus rotundatis. Auriculæ nudæ, ſub capitis pilis occultatæ. Briſſ.*

Midas. 27. S. caudata imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis, unguibus ſubulatis, pedibus croceis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 4.*
Cercopithecus niger, pedibus croceis. *Gron zooph.* 20.
Cercopithecus niger minimus, manibus & pedibus croceis. *Edw. av.* 196. *t.* 196.
Cay. *Raj. quadr.* 155.
*Habitat in* America.
*Manus & Pedes crocei.* Corpus *atrum.* Cauda *longiſſima.* Aures *nudæ, amplæ, retuſæ.* Ungues *omnes ſubulati ſ. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis ſ. humanis.*

Fatuellus. 28. S. caudata imberbis, cauda prehenſili, capitis faſciculis pilorum duobus corniculorum æmulis. *Briſſ. quadr.* 195. *n.* 3.
*Habitat - - -*
Corpus: *Facies, latera, abdomen, crura anteriora fuſca. Vertex, medium dorſi, cauda, pedes, crura poſteriora nigra.* Ungues *longi obtuſiuſculi.* Cauda *ſpiralis.*

Apella. 29. S. caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris, natibus tectis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *t* 1.
*Habitat in* America.
*Undique circumſpiciens, Sono pulli Meleagridis famelici. Faciei peripheria quaſi a barbitonſore raſa.*

Capucina. 30. S. caudata imberbis fuſca, cauda prehenſili hirſuta, pileo artubusque nigris, natibus tectis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *t.* 2.
Cercopithecus fuſcus, capitis vertice nigro. *Briſſ. quadr.* 193.
*Habitat in* Surinamo. *Tarſis incedit; non ſaltat, miſera & ejulans ſemper, clamore horrendo hoſtes pellit; ſtridet ſæpius uti Cicada; irata latrat more Catuli.* Cau-

---

*Tecto comis arborum intertexto altiſſimisque columnis innixo obumbrantur terræ æſtuantes inter tropicos Indiæ, ne adurantur; hoc tectum inhabitant gentes Simiarum cum Pſittacis volucribusque aliis.*

*Caudam ſpiralem gerit, circumque collum ſæpius conjicit.*

Corpus *fuſcum, at Caput, Pedes, Caudaque nigra.* Pectus *ferrugineum.* Facies *pleriſque nigricans fronte magis incarnata. Ruga varicoſa nigra retractilis ſupra frontem, ante pileum. Naſus verſus oculos carinatus.* Cauda *longa, ſemper curvata, pilis longioribus villoſa.* Pedes *ſitu transverſo ponit, ut poſtici ſemper inter anticos collocentur.* Variat *facie nigra & incarnata.* Dentes *Laniarii non diſtant in hac ſpecie a proximis.*

ſciurea. 31. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum ſubulatis, natibus tectis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3.

Simiolus ceylonicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 77. *t.* 48. *f.* 3.

Cercopithecus pilis ex fuſco flavicante & candicante variegatis, pedibus ex flavo ruteſcentibus. *Briſſ. quadr.* 197.

*Habitat in* India; *quieſcit ſupra abdomen; alloquentis inſpicit fauces.*

Corpus *Sciuri, griſeo-virens, ſubtus pallidum.* Ulnæ & Tibiæ *ferrugineæ.* Cauda *villoſa, apice nigra, corpore duplo longior.* Pollicum *ungues rotundati.* Os *fuſco-cæruleſcens.* Supercilia *ſetacea.* Aures *villis raris albidis.*

Morta. 32. S. caudata imberbis ſpadicea, ore fuſco, cauda nuda ſquamoſa. †

Cercopithecus americanus minor Monkie dictus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 52. *t.* 33. *f.* 1.

Cercopithecus caudatus imberbis, ore fuſco, cauda nuda ſquamoſa. *Gron. zooph.* 21.

Cercopithecus dorſo ſpadiceo, ventre glabro, cauda murina. *Briſſ. quadr.* 201.

*Habitat in* America.

*Hanc eandem cum Syrichta facit Gronovius; forte ipſa foetus S. Sciureæ?*

33. S.

Species *Simiarum inter Mammalia plurimæ, ſed pauciſſimæ rite deſcriptæ & cognitæ, plurimæ obſcuræ ignorantur.*

Simiæ *ſuſpectæ, memores, petulantes, imitatores, geſticulatores, indociles, minantur, rident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, motor ulnis gerunt, menſtruant, terrefactæ cacant immundæ, urinæ meatu ſæpe diſtincto a vulva; utero etiam gerentes libidinoſæ; phytiphagæ.*

Syrichta. 33. S. caudata imberbis, ore ciliisque vibriſſatis. †
Cercopithecus luzonicus minimus. *Pet. gaz.* 21. *t.* 13. *f.* 11.
*Habitat in* Luzonum *inſulis.*

3. LEMUR. *Dentes Primores* ſuperiores IV: intermediis remotis.
Inferiores VI, longiores, porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, approximati.
*Molares* plures, ſublobati: antici longiores acutiores.

tardigradus. 1. L. ecaudatus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3.
Simia unguibus indicis pedum poſteriorum longis incurvis. *Briſſ. quadr.* 190. *n.* 3.
Simia cynocephala unguibus indicis longis incurvis & acutis. *Briſſ. quadr.* 191. *n.* 2.
Animal cynocephalum tardigradum. *Seb. muſ.* 1. *p.* 55. *t.* 35. *f.* 1. 2. & *t.* 47. *f.* 1.
Animal elegantiſſimum Robinſoni. *Raj. quadr.* 161.
*Habitat in* Zeylona, *tardigradus, auditu excellens, monogamus.*
Statura *Sciuri, ſubferruginea, linea dorſali ſubfuſca;* Gula *albidiore. Linea longitudinalis oculis interjecta alba.* Facies *tecta.* Auriculæ *urceolatæ, intus bifoliatæ.* Pedum *palmæ plantæque nudæ.* Ungues *rotundati: indicum plantarum vero ſubulati.* Cauda *fere nulla.* Mammæ 2 *in pectore;* 2 *in abdomine verſus pectus.*

Mongoz. 2. L. caudatus griſeus, cauda unicolore.
Mongooz. *Edw. av.* 5. *p.* 12. *t.* 216.
*Habitat in* Madagaſcar.
Corpus *griſeum, ſubtus album.* Faſcia *ocularis fuſca.* Ungues *indices plantarum ſubulati, longiores.*

Macaco. 3. L. caudatus niger, collari barbato.
Lemur cauda floccoſa, corpore fuſco. *Gron. zooph.* 22.
Pro-

Proſimia fuſca. *Briſſ. quadr.* 220.
Simia-Sciurus lanuginoſus fuſcus ex Johannæ inſula. *Pet. gaz. t.* 17. *f.* 5.
Maucauco. *Edw. av.* 5. *t.* 217.
*Habitat in* Madagaſcar. *Cubile purum ſervat; radiis ſolis delectatur; dormit in loco tenebricoſo; reſpuit ova, carnes, piſces.*
*Plantarum ungues indicis fere ſubulati.*

Catta. 4. L. caudatus, cauda albo nigroque annulata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 5.
Simia-Sciurus madagaſcarienſis, ſive Maucauco. *Edw. av.* 197. *t.* 197.
Proſimia cinerea, cauda cincta annulis albis & nigris. *Briſſ. quadr.* 222.
*Habitat in* Madagaſcar, *mitiſſima, ſcandit omnibus pedibus, ut Simia.*
*Victitat fructibus, oleribus, radicibus; cibos tenet manibus; tardiuſcula, placida & tranquilla murmurat ut Felis.*
Oculus *dexter diurnus pupilla lineari perpendiculari; Siniſter nocturnus pupilla orbiculata magna in mea erat; an ſic natura vel fato? Ungues Indicis palmarum non longiores aut ſubulati.*

volans. 5. L. caudatus, membranâ ambiente volitans. †.
Cato-Simius volans camelli. *Pet. gaz.* 14. *t.* 9. *f.* 8. *Act. angl.* 277. *n.* 1065.
Veſpertilio admirabilis. *Bont. jav.* 68. *t.* 69.
Felis volans ternatea. *Seb. muſ.* 1. *p.* 93. *t.* 58. *f.* 2. 3.
*Habitat in* Aſia; *victitans fructibus arborum.*
Membrana *more Sciuri volantis ſ. Muris volantis a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem caudæ expanſa.* Ungues *acuti.* Mammæ *duæ pectorales.* Edit *fructus arborum. Ex mammis videtur Lemuribus ſ. Simiis proximum Animalculum, ſed nobis non viſum. Hujus Deſcriptio & Genericæ notæ etiamnum deficiunt.*

4. VE-

**4. VESPERTILIO.** *Dentes* omnes erecti, acuminati, approximati: primores 4 æquales.
*Manus* palmatæ volitantes membrana corpus cingente.

Vampyrus. 1. V. ecaudatus, naſo ſimplici, membrana inter femora diviſa.
Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 91. *t.* 57. *f.* 1. 2.
Veſpertilio ingens. *Cluſ. exot.* 94. *Edw. av.* 180. *t.* 180. *f.* 2. 4.
Veſpertilio volans. *Bont. jav.* 68. *t.* 69.
*Habitat in* Aſia. *Noctu haurit ſanguinem dormientium Servorum, criſtas Gallorum & lacrymas Palmarum, phlebotomus feliciſſimus in Pleuritide.*
Dentes Primores *utrinque* 4, *erecti, obtuſiuſculi.* Laniarii Superiores *ſolitarii, antice ab inferiore dente ſulcati.* Inferiores *bini, cum dente primore parvo obtuſo inter utroſque.* Molares *obtuſiuſculi, plures.* Nares *vix diviſæ.* Corpus *magnitudine Sciuri, luteum, facie nigra.* Manuum *Digitus primus ſeparatus, unguiculatus; ſecundus membranæ affixus.* Plantæ *fiſſæ, unguiculatæ, calcaneis poſtice excurrentibus in ſubulatam cartilaginem membranæ annexam.* Cauda *nulla.* Membrana *nictitans in cantho oculi majore.*

Spectrum. 2. V. ecaudatus, naſo infundibuliformi lanceolato.
Canis volans maxima aurita. *Seb. muſ.* 1. *p.* 92. *t.* 58. *f.* 1.
*Habitat in* America *auſtrali. Rolander.*
Nares *antice infundibulum referentes, ſuperne adſcendentes in folium lanceolatum.* Aures *ovatæ, interius lacinia ſubulata membranacea, longitudine Auriculæ.* Dentes *Primores* 4. *Laniarii ſolitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breviores, obtuſiores.* Alarum *digiti* 4, *quorum* 1. *annexus* 2:*do*; Pollex *brevis ungue arcuato.* Pedes *digitis* 5 *æqualibus, unguibus arcuatis.* Calcaneus

---

*Veſpertilionum* genus nocturnum volitat Palmis expanſis palmatis membranaque laterali, uti *Noctilio*, Phalænis imprimis victitans.

neus *exſerit tendinem ſubulatum ſecundum marginem membranæ inter pedes poſticos, non coeuntem cum oppoſito.* Cauda *nulla.*

perſpicillatus. 3. V. ecaudatus, naſo foliato plano acuminato. *Syſt. nat.* 7. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 7.

Veſpertilio americanus vulgaris. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 55. *f.* 2. *Edw. av.* 201. *t.* 201. *f.* 1. *Briſſ. quadr.* 228.

Veſpertilio roſtro appendice auriculæ forma donato. *Sloan. jam.* 2. *p.* 330.

*Habitat in* America.

*An hæc femina ſequentis? Palmæ huic & ſequenti digitis quinque.*

Spaſma. 4. V. ecaudatus, naſo foliato obcordato.

Veſpertilio major ternatanus. *Briſſ. quadr.* 226.

Glis volans ternatanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 56. *f.* 1.

*Habitat in* Aſia.

auritus. 5. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis duplicatis capite majoribus. *Fn. ſvec.* 3.

Veſpertilio auribus majoribus. *Friſch. av. t.* 103. *Edw. av. t.* 201. *f.* 3. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 1.

Veſpertilio auriculis inappendiculatis. *Gron. zooph.* 23.

Veſpertilio minor. *Briſſ. quadr.* 226.

*Habitat in* Europa.

*Diſtincta ſpecies auriculis, niſi ſolo ſexu cum ſequenti conveniat.*

murinus. 6. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus. *Faun. ſvec.* 2.

Veſpertilio. *Bell. av.* 147. *Geſn. av.* 694. *Aldr. ornith.* 1. *p.* 571. *Jonſt. av.* 53. *t.* 20. *Alb. av.* 3. *p.* 95. *t.* 101. *Raj. quadr.* 243. *Edw. av. t.* 201. *f.* 2.

Veſpertilio major. *Briſſ. quadr.* 224.

Veſpertilio auribus minoribus. *Friſch. av. t.* 102.

*Habitat in* Europa.

*Noctu volat; victitat imprimis Phalænis; prædatur a Strigibus; capitur Arctii Lappæ calycibus candefactis; de terra non evolat; venenatus; Hybernat mortuus, reviviſcit ſuperatis noctibus plumbeis initio Floreſcentiæ.*

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 1. *obſ.* 48.

II. BRU-

Ovid. met. IV: 11 *Lucemque peroſæ,*
*Nocte volant, ſeraque tenent a veſpera nomen.*

## II. BRUTA.

*Dentes Primores nulli utrinque.*

### 5. ELEPHAS. *Dentes Primores* nulli utrinque.
*Laniarii* ſuperiores elongati.
*Proboſcis* longiſſimus, prehenſilis.
*Corpus* nudiuſculum.

maximus. 1. Elephas. *Raj. quadr.* 131. *Seb. muſ.* 1. *t.* 111. *f.* 1. *Briſſ. quadr.* 45.

Elephantus. *Geſn. quadr.* 377. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 9. *Jonſt. quadr.* 30. *t.* 7, 8, 9. *Edw. av. t.* 221. *f.* 1.

*Habitat in* Zeylonæ, Africæ *paludoſis ad amnes*; *edit Ramos*, *Cocos*, *Guilandinæ ſemina*, *Frumentum. Docilis*, *prudens*, Proboſcidem *longiſſimum*, *extenſilem*, *acute odorantem loco manus habet*; *eo cibum potumque haurit*, *hoſtemque pellit*; *eo præciſo occiditur*; *Murem metuit ſub ſomno*, *ob tracheæ inſertionem. Retro coit & mingit. Portat domos*, *rectore collo inſidente*; *in bello armatur falcibus*; *vulnuſculo inter axin & atlantem furioſus occiditur.*

*Maximum quadrupes.* Corpus *brunneum pilis raris.* Proboſcis *ſubtus planus*, *apice truncatus cum acumine.* Oculi *parvi.* Dentes laniarii *ſuperiores surſum exſerti* (*Ebur*) *fibris criſpis.* Aures *ampliſſimæ*, *pendulæ*, *dentatæ*; *act. angl.* 277. *p.* 1051. Cutis *craſſiſſima*, *calloſa.* Mammæ 2 *juxta pectus.* Ungues *ſupra apices quinque loborum pedum.* Genua *flexilia.* Collum *breve.*

*Petri G. C. Elephantographia*, *Lipſ.* 1723. 4.
Anatome in *Bibliotheca medica*, *Dublin.* 1681.

Pedes *veſtiuntur corio calloſo*, *quod integrum detrahi poteſt inſtar ungulæ Equi*, *& inde ſub Belluis non inepte militaret*; *cum vero Pedes appareant tanquam unguibus*, 5 *in anterioribus* & 4 *in poſterioribus*,

---

Paxwax, *Ligamentum album*, *ad Caput elevandum & Collum ſuſtinendum*, *commune eſt quadrupedibus*; *at deeſt Homini & Simiis*, *cum erecti plerumque ſedeant & incedant*, *nec eo indigeant*, *Rajus.*

*ribus, ſuperimpoſitis, aptius judicavi ei locum heic concedere, præprimis cum mammas in axillis brachiorum gerat.*

6. TRICHECHUS. *Dentes Primores* nulli utrinque.
*Laniarii* ſuperiores ſolitarii.
*Molares* ex oſſe rugoſo utrinque; inferius duo.
*Labia* geminata.
*Pedes* poſteriores compedes coadunati in pinnam.

Roſmarus. 1. T. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis. *Syſt. nat. 6. n. 8. Houtt. nat. 2. p. 7. t. 11. f. 1.*
Odobenus. *Syſt. nat. 10. p. 38. Briſſ. quadr. 48.*
Roſmarus. *Jonſton. piſc. t. 44. Worm. muſ. 289. Olear. muſ. 38. t. 23. f. 3. Bonann. muſ. 269. f. 27. Geſn. aqu. 211.*
Eqvus marinus ſ. Hippopotamus falſo dictus. *Raj. quadr. 191. Ellis. hudſ. t. 6. f. 3.*
Mors ſ. Morſs, Roſmarus. *Geſn. aqu. 211.*
Wall-roſs. *Martens. ſpitsb. 78. t. 1. f. B.*
*Habitat intra polum* arcticum *Europæ, Aſiæ, Americæ. Grunnit ut Sus. Sceleton rejectum in arenam Mammotovacoſt. Magnitudo Tauri.* Dentes *Ebur fibris intertextis.*

Manatus. 2. T. dentibus laniariis incluſis. *Art. gen. 79. ſyn. 107.*
Manatus. *Rond. piſc. 490. Geſn. piſc. 213. Hern. mex. 323. Briſſ. quadr. 49.*
Manati. *Cluſ. exot. 133. Aldr. piſc. 728.*
Manati ſ. Vacca marina. *Raj. quadr. 193.*
*Habitat in Mari* Americano, Aſiatico, ad oſtia fluviorum. *Manſveſcit ſæpe ſylveſtribus americanis, muſicaque delectatur, veterum Delphinus; vorat indeſinenter Fucos Ulvasque & vegetabilia reliqua. Sociati Mas femina adultus & proles. Monogami,*

 *vere*

*vere coeunt: femina, variis gyris primum fugiente, reſupinata. Dorſum inter paſcendum ex aquis eminet, avibus eorum pediculos venantibus.*

Corpus *canum, adſperſum pilis raris remotis,* 12*pedale, ſæpius* 100 ℔. Pedes *antici ſ. Pinnæ pectorales fere Teſtudinum marinarum, palmati, in quorum medio genu cum ungue. Poſtici coadunati in caudam horizontalem.* Auriculæ *nullæ.* Nares 2, *diſtantes, regulares.* Labium *ſuperius muricatum Vibriſſis rigidis incurvis.* Mammæ 2, *pectorales. Vide Derham & Act. Petropol.* 1749. *v.* 2. *Affinis Cetis.*

## 7. BRADYPUS.

*Dentes Primores* nulli utrinque.
*Laniarii?* obtuſi, ſolitarii, molaribus longiores, occurſantes.
*Molares* utrinque V, obtuſi.
*Corpus* pilis tectum.

tridactylus. 1. B. pedibus tridactylis, cauda brevi. *Amoen. acad.* 1. *p.* 487. * *Muſ. Ad. Fr.* 4.

Arctopithæcus. *Geſn. quadr.* 869. *t.* 870.

Ai ſ. Ignavus. *Marcgr. braſ.* 221. *Cluſ. exot.* 110. *t.* 373. *Seb. muſ.* 1. *p.* 53. *t.* 33. *f.* 2. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 2. *Raj. quadr.* 245.

Sloth. *Edw. av. t.* 220.

Tardigradus. *Briſſ. quadr.* 34.

*Habitat in* Americæ *meridionalis arboribus.* Victitat *foliis teneris, imprimis Cecropiæ; non bibit; imbres metuit. Facile ſcandit, tardiſſime & ægre incedit, vix uno die* 50 *paſſus; attonitus quaſi caput flectit; ſonus ſenarius adſcendens; clamor horrendus, lacrymæ miſeræ.*

Corpus *piloſiſſimum, griſeum;* Facies *nuda;* Gula *flava.* Auriculæ *nullæ.* Cauda *ſubovata.* Dentes primores *nulli, niſi laniarii, ſed occurſantes, antice remotiſſimi, longiores, truncati. Molares laniariis approximati, breviores.* Pedes *anteriores longiores poſterioribus, divaricatiſſimi: digiti combinati, in ſingu-*

*ſingulis pedibus tres. Ungues compreſſi, validiſſimi, totidem.* Mammæ 2, *pectorales.*

didacty- 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Muſ. Ad. Fr.* 4.
lus. Tardigradus ceilanicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 54. *t.* 34. *f.* 1. & *t.* 33. *f.* 4.
*Habitat in* Zeylona.
Corpus *pilis ferrugineis undulatis.* Caput *rotundatum.* Auric læ *magnæ.* Ungues *in palmis* 2, *in plantis* 3. Mammæ 2 *pectorales.*

## 8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli. *Lingua* teres, extenſilis. *Os* anguſtatum in roſtrum. *Corpus* pilis tectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis, cauda villoſa. *Syſt. nat.* 8. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 8.
Myrmecophaga roſtro brevi, pedibus anticis didactylis, poſticis tetradactylis. *Briſſ. quadr.* 98. *Gron. zooph.* 1.
Tamandua ſ. Coati americana alba. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 3. *Edw. av. t.* 220.
*Habitat in* America *auſtrali. Victitat Formicis. Talis lente incedit.*
Corpus *flaveſcens, reliquis minus. Roſtrum reliquis brevius.*

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis, cauda villoſa. *Syſt. nat.* 8.
Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tridactylis, poſticis pentadactylis, auriculis longis flaccidis. *Briſſ. quadr.* 27.
Tamandua-guacu. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 2. & *t.* 40. *f.* 1. *Bont. jav.* 320.
*Habitat in* India orientali; *victitat Formicis, inſectis, quorum nidos ungue ſecat. Lente currit; cauda lata inſtar muſcarii ſe tegit; arbores etiam ſcandit.*
Mammæ *pectorales* 2, *abdominales* 6. Plaga *lateralis nigra.* Dorſum *longitudinaliter jubatum.* Cauda *compreſſa, ſubtus nigra, pilis longioribus; ſupra pilis longioribus apice albis.*

jubata. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda jubata.
Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda longiſſimis pilis veſtita. *Briſſ. quadr.* 24.
Tamandua-guacu. *Marcgr. braſ.* 225. *t.* 225. *Piſ. braſ.* 320. *Jonſt. quadr. t.* 62. *Raj. quadr.* 241.
*Habitat in* Braſilia, Cap. b. ſpei; *interdiu dormit, ut reliquæ, capite inter brachia.*
*Plaga pectoralis lateralis nigra.* Cauda *villoſiſſima: pilis longis planis, nec teretibus.*

tetradactyla. 4. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda calva.
Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda fere nuda. *Briſſ. quadr.* 26. *Gron. zooph.* 2.
Tamandua-i. *Marcgr. braſ.* 226. *Raj. quadr.* 242. *Seb. muſ.* 2. *t.* 47. *f.* 2. *Bont. jav.* 321.
*Habitat in* America *meridionali. Noctu exit; die dormit capite ſub brachiis recondito; irata baculum prehendit; ſtertit poſterioribus pedibus inſidens.*
Caudæ *extremitas calva, qua ſe ex ramis arborum ſuſpendere poteſt, quod non in præcedentibus. Plaga pectoralis lateralis nigra, ut in M. jubata.*

## 9. MANIS. *Dentes* nulli.
*Lingua* teres, extenſilis.
*Os* anguſtatum in roſtrum.
*Corpus* ſquamis tectum.

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis. *Act. Stockh.* 1749. *p.* 265. *t.* 6. *f.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 7. *
Armadillus ſquamatus major ceylanicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 88. *t.* 54. *f.* 1. & *t.* 53. *f.* 5.
Lacertus ſquamoſus. *Bont. jav.* 60. *Olear. muſ.* 8. *t.* 7. *f.* 1. *Pet. gaz.* 32. *t.* 20. *f.* 2.
Myrmecophagus ſquamatus ſ. Dæmon thebaicus. *Herm. muſ.* 295.
Philodotus pedibus 5-dactylis, ſquamis ſubrotundis. *Briſſ. quadr.* 29.
*Habitat in* India *orientali.* Victitat *Formicis, Vermibus, Lacertis; irata Squamas erigit horrende, territa in globum ſe contrahit capite caudaque ventrem verſus adductis, ut nil conſpici queat niſi ſquamoſus globus. Cauda pinguis, epulis expetita.*

Cor-

Corpus *ſupra ſquamis baſi ſtriatis ſetiſque interſtinctis veſtitum ut ſtrobilus; ſubtus hirtum eſt. Sed* Cauda *utrinque ſquamoſa, etiam ſubtus imbricata.* Auriculæ *nudæ rotundatæ.* Ungues *primores medii majores, quibus contractis incedit.* Myrmecophagis *adeo affinis, ut ſolo veſtimento differat.*

tetradactyla. 2. M. pedibus tetradactylis.
Philodotus pedibus 4dactylis, ſquamis mucronatis, cauda longiſſima. *Briſſ. quadr.* 31.
Lacertus ſquamoſus peregrinus. *Cluſ. exot.* 374. *Beſl. muſ. t.* 11. *Act. pariſ.* 1703. *p.* 39. *Dod. act.* 3. *p.* 89. *Raj. quadr.* 274.
Lacerta indica yvanæ congener? *Aldr. ovip. dig.* 668. *t.* 667.
*Habitat in* America auſtrali.
*Præcedenti nimis affinis.*

## 10. DASYPUS.

*Dentes* molares plures, abſque primoribus, abſque laniariis.
*Corpus* cataphractum teſta oſſea, zonis interſecta.

unicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syſt. nat.* 6. *Houtt. nat.* 2. *p.* 279. *t.* 16. *f.* 1.
Tatu ſ. Armadillo africanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 47. *t.* 30. *f.* 3, 4.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis 12. *Briſſ. quadr.* 43.
β. Daſypus cingulo ſimplici. *Syſt. nat.* 6.
Tatu muſtelinus. *Raj. quadr.* 235. *Grew. muſ.* 19. *t.* 1.
Cataphractus ſcuto unico, cingulis 18. *Briſſ. quadr.* 37.
*Habitat in* Africa.
*Lorica unica, quaſi ex* 16 *cingulis compoſita, in* 3 *partes æquales diviſa.*

tricinctus. 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis. *Houtt. nat.* 2. *p.* 280. *t.* 16. *f.* 2.
Tatou ſ. Armadillo. *Red. exper.* 91. *t.* 92.
Tatu ſ. Armadillo orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 62. *t.* 38. *f.* 2, 3.

Tatu apara. *Marcgr. braſ.* 232. *Piſ. braſ.* 100. *Raj. quadr.* 234.
Armadillo ſ. Tatou genus alterum. *Cluſ. exot.* 109.
Armadillo. *Grew. muſ.* 17. *Olear. muſ.* 8. *t.* 6. *f.* 4.
*Habitat in* India *orientali; victitat Melonibus, Batatis, Gallinis.*
*Loricæ cingulum intermedium eſt anguſtiſſimum.*

quadricinctus. 3. D. cingulis quatuor.
Cheloniſcus. *Column. aquat.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
*Habitat. . . .*

ſexcinctus. 4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 7.
Tatu ſ. Armadillo primus. *Raj. quadr.* 233.
Tatu ſ. Tatu-peba. *Marcgr. braſ.* 231.
Armadillo ſ. Tatou. *Cluſ. exot.* 330.
*Habitat in* America *Meridionali.*
*Loricæ cingula* 8 *numerat Briſſon.*

ſeptemcinctus. 5. D. cingulis ſeptenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 281.
Tatus quadrupes peregrina. *Geſn. quadr.* 103.
*Habitat in* Indiis.
*An ſufficienter a ſequente diſtinctus?*

novemcinctus. 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 6. *Houtt. nat.* 2. *p.* 284. *t.* 16. *f.* 3.
Tatou ſ. Armadillus americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 45. *t.* 29. *f.* 1. & *t.* 53. *f.* 6.
Tatu ete Braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 231. *Raj. quadr.* 233.
Cataphractus ſcutis duobus; cingulis novem. *Briſſ. quadr.* 42. *Gron. zooph.* 5.
*Habitat in* America *Meridionali.*

III. FE-

*Victitant Daſypi Radicibus, Melonibus, Baccis, Carnibus, Piſcibus, Inſectis, Lumbricis.*

# III. FERÆ.

*Dentes Primores ſuperiores ſex, acutiuſculi. Canini ſolitarii.*

11. PHOCA. *Dentes Primores* ſuperiores VI paralleli: exteriores majores. Inferiores IV, paralleli, diſtincti, æquales, obtuſiuſculi.
*Laniarii* I: ſuperiores ab inciſoribus, inferiores a molaribus remoti.
*Molares* V ſ. VI, tricuſpidati.
*Auriculæ* nullæ.
*Pedes* poſtici coaliti.

urſina. 1. P. capite auriculato.
Urſus marinus. *Act. petropol.* 2. *ann.* 1749.
*Habitat in* Camſchatcæ *maritimis inter* Aſiam & Americam *proximam, primario in inſula Beringii. Impetuoſiſſime natant, mares polygami gregatim degunt cum uxoribus, filiis, filiabus ad* 120; *coeunt in littore reſupinata femina; vix metuunt Hominem; mordent projectum lapidem; ſenes elumbes quieſcunt pingues; proprium lapidem pro lecto habent, quem non deſerunt, bella inſtituunt propter uxores, lectum, æqvum & juſtum; ſuccumbente uno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo contra unum, usque dum omnes prelio involuti; moeſti lacrymas fundunt copioſiſſimas. Steller.*

leonina. 2. P. capite antice criſtato.
Leo marinus. *Anſon. itin.* 100. *t.* 100. *Ellij. hudſ. t.* 6. *f.* 4.



Phocæ *genus natat ſub aqua, vix incedit ob pedes anticos retractos, poſticos unitos: victitat piſcibus; pingve.*

*Habitat ad polum* Antarcticum. *Tuberculo ad roſtri baſin piloſo, quod inflat in veſicam, frontem tegit, dum eludat baculi ictus. Natant gregatim; pugnant pro feminis; excubias agunt.*
Mas *labio ſ. fronte criſtata.* Dentes 2 *inferioris maxillæ ſubexſerti.* Oculi *magni.* Vibriſſæ *albæ, rubro annulatæ.* Digiti *omnes palmati digitis* 5 - 5, *unguibus pone apicem enatis;* Poſtici *compedes, interjecta cauda duos pollices longa, in pinnam horizontalem, digito extimo craſſiore.*

**Vitulina.** 3. P. capite lævi inauriculato. *Fn. ſvec.* 11.
Phoca ſ. Vitulus marinus. *Geſn. aqu.* 702. *Aldr. piſc.* 722. *Jonſt. piſc.* 44. *Dodart. act.* 191. *t.* 191. *Raj. quadr.* 189.
*Habitat in mari* Europæo. *Dormiunt in lapide ex aqua eminente; pariunt in glacie, per quam adſcendunt halitu, non deſcendunt. Mammas retrahunt duas abdominis; inter Halecum catervos ſaginantur; a Laris provocatæ exſpuunt piſces; ictu ſupra naſum facillime occiditur.*
Vibriſſæ *undulatæ.* Oculi *membrana nictitante inſtructi, humore cryſtallino globoſo.* Lingua *bifida.* Foramen ovale *fertur apertum eſſe.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 9. *obſ.* 98. & *d.* 3. *a.* 7. *app.* 15.

## 12. CANIS. *Dentes Primores* ſuperiores VI: laterales longiores diſtantes: intermedii lobati. Inferiores VI: laterales lobati. *Laniarii* ſolitarii, incurvati. *Molares* VI ſ. VII (pluresve quam in reliquis).

**familiaris.** 1. C. cauda (ſiniſtrorſum) recurvata. *Faun. ſvec.* 5. *Amoen. acad.* 4. *p.* 43. *t.* 1. *f.* 1.
Canis. *Geſn. quadr.* 91. *Aldr. digit.* 482. *Jonſt. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.

*a.* auri-

*domeſtic.* α. auriculis erectis, cauda ſubtus lanata.
*ſagax.* β. auriculis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas.
*grajus.* γ. magnitudine Lupi, trunco curvato, roſtro attenuato. *Canis ſcoticus venaticus. Geſn. quadr.* 249. *Aldr.* 545.
*Moloſſus.* δ. magnitudine Lupi, labiis ad latera pendulis, corpore toroſo. *Canis ſagax ſangvinarius. Geſn. quadr.* 251.
*aquaticus.* ε. pilo criſpo longo, inſtar Ovis.
*meliteus.* ζ. magnitudine Sciuri.
*fricator.* η. naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato.
*vertagus.* ϑ. pedibus curvatis, trunco longo ſæpius variegato.
*avicular.* ι. cauda truncata. *Canis pantherinus. Aldr. digit.* 555.
*extrarius.* κ. auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit.* 561.
*ægyptius.* λ. nudus absque pilis.

*Habitat ſæpius cum Homine pasſim, etiam ſpontaneus evaſit.*

*Edit carnes, cadavera, vegetabilia farinoſa, non olera. Digerit oſſa; Vomitu a gramine purgatur; cacat ſupra lapidem: Album græcum, ſepticum ſummum. Potat lambendo; mingit ad latus, cum hoſpite ſæpe centies; odorat anum alterius; odoratu excellit naſo humido; oblique currit; incedit ſupra digitos; vix ſudat; calidus linguam exſerit; cubitum iturus circumit locum; dormit auditu acutiore, ſomniat. Procis rixantibus crudelis; menſtruans catullit cum variis; mordet illa illos; cohæret copula junctus; gravida 63 diebus; parit ſæpe 4 ad 8, maſculis patri ſimilibus, femineis matri.* Fidiſſimus *omnium; Hominibus cohabitat; blanditur ad Domini acceſſum; ejus inflictum non fert; præcurrit in itinere, in bivio reſpicit; docilis, amiſſa inquirit, vigilias noctu inſtituit, advenas indicat, ad merces vigilat, Pecora ab agris arcet, Tarandos coercet, Boves Ovesque a feris cuſtodit, Leones detinet, Feras agitat, Anatibus adſtat, repit aſſiliens ad rete, occiſa a venatore adportat, e rapina deſiſtens; veru trahit in Gallia, rhedam in Sibiria. Mendicat ad menſam; furatus timet cauda incurvata; invidus edit; inter ſuos dominus domi; mendicorum hoſtis; ignotos ſine injuria laceſſit. Lambendo vulnera, Podagram, Carcinomata curat; ululat ad muſicam; mordet projectum lapidem; inſtante tempeſtate foetet ægrotans; Tænia laborat; Rabiem diſſeminat; demum cæcutit*

D 5 &

Canis *genus vorax, morſu lacerans, arbores non ſcandit; Penis nodoſus eſt.*

*& ſe ipſum rodit; ab oleo empyreumatico caudæ clamitat; americanus latrare obliviſcitur, ſæpe gonorrhea infectus; a Mahometanis expellitur. Anatomicorum victima in ſanguinis circulatione, transfuſione, vaſis lacteis, nervo reſecto &c.*

Caput *vertice carinatum.* Labium *inferius lateribus dentatis nudis occultatum.* Myſtaces *ordinibus 5 ſ. 6.* Nares *extrorſum recurvato ſinu lunares.* Auriculæ *margine baſeos ſuperiore reflexo; poſteriore duplicato; antico trilobo.* Verrucæ *faciei piloſæ 7.* Suturæ *velleris 8: collares, ſterna, cubitales, abdominales, oculares, lumbares, auriculares, anales.* Mammæ 10*: harum quatuor in pectore.* Pedes *ſubpalmati.*

Lupus. 2. C. cauda incurvata. *Faun. ſvec. 6.*

Lupus. *Geſn. quadr.* 634. *Aldr. dig.* 144. *Jonſt. quadr.* 89. *Raj. quadr.* 173.

*Habitat in* Europæ *ſylvis, etiam frigidioribus. Catervatim incedit, Pecora, Equos, Sues, Canes occidit; in ſylvis ſuſpicioſiſſimus vix audet; tractum funiculum metuit, portam non ſubit, ſed ſepimentum ſuperſilit; ſonitum tubæ ſtentoriæ non fert; ſumma fame & frigore laceſſitus in propriam ſpeciem & Hominem ſævit; inediam diu tolerat; unguibus retractis incedit; collum facile flectit; noctu ululat; Lichene vulpino occiditur. Fn. ſvec.* 1129. *Ström ſöndm.* 391.

Anatome. *E. N. C. d. 2. a. 9. obſ. 71. & cent. 10. app.* 450.

Hyæna. 3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erectis, auriculis nudis, palmis tetradactylis.

Lupus marinus. *Bellon. aquat.* 33. *t.* 34. *Jonſt. quadr. t.* 57. *Geſn. quadr.* 674.

Taxus porcinus ſ. Hyæna veterum. *Kæmpb. amœn.* 411. *t.* 407. *f.* 4.

Hyæna. *Briſſ. quadr.* 233.

*Habitat in* India, Africa. *Excavat terram degitque in antris; diutius ſine cibo vivit; in humana cadavera ſævit, quæ e tumulis effodit, cœmiteriis infeſta; quidquid irritatus ore prehendit, mordicus tenet,*

---

Digiti *Felis, Phocæ, Urſi, Muſtelæ, 5-5, Canis 5-6, excepta Hyæna, cui 4-5, vel 4-4, ut Brandero viſum.*

*net, nec vivus dimittit pertinaciſſimus, inde venatoribus facilius cedet.*

Magnitudo *Suis*, facies *Apri*. Pili *dorſi ſubſpithamei, erecti, apicibus nigris.* Oculi *roſtro propinquiores.* Auriculæ *nudæ.* Cauda *annulis nigricantibus verticillata*; *crura annulis nigris variegata.* Striæ *corporis fuſcæ & nigræ, transverſales, a dorſo ad ventrem ductæ.*

Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. *Fn. ſvec.* 7.

Vulpes. *Geſn. quadr.* 966. *Aldr. dig.* 195. *Jonſt. quadr.* 82. *Raj. quadr.* 177.

*Habitat in* Europa, Aſia, Africa, *antra fodiens, animal aſtutiſſimum*; *ſævit in Agnos, Anſeres, Gallinas, Aviculas, non Accipitres foetidioresque*; *edit ſtercora animalium*; *pingueſcit uvis*; *non rapit facile in prædio quod inhabitat*; *pruriens noctu clamitat*; *bombardas exploſas odoremque pulveris pyrii fugit*; *pellitur fumo.*

Corpus *fulvum.* Auriculæ *erectæ.* Labia *alba.* Pedes *antici nigri.* Ambroſiaco *fragrat odore ſupra caudæ baſin.*

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro.

Vulpes campeſtris *vulgo.*

*Habitat in* Europa, Aſia.

*Similis præcedenti excepto caudæ apice.*

Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. *Fn. ſvec.* 8.

α. Vulpes alba. *Kalm. babuſ.* 236.

Iſatis. *Act. petrop.* 1760. *v.* 5. *p.* 358.

β. Vulpes cæruleſcens. *Faun. ſvec.* 14.

*Habitat in alpibus* Lapponicis, Sibiria.

*Pedes denſiſſime piloſi, ut in Lepore.*

aureus. 7. C. *Lupus aureus dictus.* †.

Lupus aureus. *Kæmpf. amoen.* 413. *t.* 407. *f.* 3. *Raj. quadr.* 174.

Vulpes indiæ orientalis. *Valent. muſ.* 452. *t.* 452.

Adill. *Bell. itin.* 160.

*Habitat in* oriente.

*Nocturnus catervatim incedit, furto deditus; uno clamante clamant remoti alii, ambulante ſono nocturno; ululatus execrabilis, quaſi ejulatus latratu inter-*

*terceptus; latratu exagitat feras, hoc audientes reliquæ in exercitum concurrunt, proſequuntur miſerum Cervum, dum Leo Tigrisve ex inſidiis fugientem proſternit prædamque vorat, circumſidente venatorum corona usque dum Rex ſatiatus diſceſſerit. Moſchum olet. Deſcriptio genuina etiamnum deficit.*

mexicanus. 8. C. cauda deflexa lævi, corpore cinereo faſciis fuſcis maculisque fulvis variegato.
Canis cinereus maculis fulvis variegatus. *Briſſ. quadr.* 237.
Felis montana americana. *Seb. muſ.* 1. *t.* 42. *f.* 2.
Xoloitzcuintli. *Hern. mex.* 479.
*Habitat in* Mexico.
Corpus *cinereum faſciis fuſcis. Maculæ fulvæ in fronte, collo, pectore, ventre, cauda.*

Thous. 9. C. cauda deflexa lævi, corpore ſubgriſeo ſubtus albo.
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *griſeum, ſubtus totum album, magnitudine majoris Cati.* Aures *concolores, erectæ.* Verruca *ſupra oculos, in buccis, ſub gula.* Lingva *lateribus ciliata.* Pedes 5 - 4.

## 13. FELIS. *Dentes Primores* æquales.
*Molares* terni.
*Lingua* retrorſum aculeata.
*Ungues* retractiles.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore helvolo.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace jubato. *Syſt. nat.* 6. *p.* 4. *n.* 1.
Leo. *Geſn. quadr.* 572. *Aldr. dig.* 2. *Jonſt. quadr.* 72. *Dodart. act.* 1. *t.* 1. & 7. *t.* 7. *Raj. quadr.* 162.
*Habitat in* Africa. *Segnis, eſuriens prædatur de Equis & majoribus quadrupedibus, nec niſi famelicus Homi-*

---

Felis *genus ſobrium, ſcandit facile arbores, noctu potisſimum ſpeculatur, caſu delabitur in pedes contuſioni vix obnoxium;* glans *penis ipſi muricatus retrorſum; retractis unguibus acutiſſimis incedit, iisque ſævit, inhianda ſanguinem haurit; viſa præda caudam movet.*

*Homine; fugatur accenſa flamma; Canibus coërcetur. Retro mingit & coit? Rugitus horrendus a tracheæ annulis integris imbricatis; dormit in aprico, eſurit tertio die, tagax.*

Color *luteo-rufus.* Frons *quadrata.* Cor *maximum.* Maris *Thorax hirſutus, Caudaque floccoſa.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 6. *Barth. act.* 1671. *n.* 17.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis.

Tigris. *Geſn. quadr.* 936. *Aldr. dig.* 101. *Jonſt. quadr.* 84. *Bont. jav.* 52. *t.* 53. *Raj. quadr.* 165.

*Habitat in* Aſia. *Animal tremendæ velocitatis, Homini peſſimum, deſolat indos; Mas occidit proprios filios. Viſus qui occidit Leonem. Saltu ex inſidiis prædam adoritur.*

*Pulcherrimus quadrupedum maculis virgatis transverſis, magnitudine fere Leonis.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 7. & *a.* 9. *obſ.* 194.

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis.

Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. *Geſn. quadr.* 824.

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. ægypt.* 237. *t.* 15. *f.* 2.

Pardalis. *Raj. quadr.* 166.

Tigris mexicana. *Hern. mex.* 498. *t.* 498.

Pinuum Daſypus. *Nieremb. nat.* 153. *t.* 153.

*Habitat in* Indiis. *Ex inſidiis tribus ſaltibus prædam rapit; Equo inſilit ſupra humeros; ſe triplo majorem aufert; guſtato humano ſangvine non deſiſtit, capit primo æthiopem, tum europæum, ultimo americanum.*

Onca. 4. F. cauda mediocri, corpore flaveſcente ocellis nigris rotundato-angulatis medio flavis.

Pardus ſ. Lynx braſilienſis. *Raj. quadr.* 168.

Jaguara. *Marcgr. braſ.* 235.

*Habitat in* America *Meridionali.*

Corpus *luteſcens maculis ocellaribus nigris ſæpe pupilla nigra una alterave inſtructis.* Abdomen *album maculis atris, ut in pedibus, ubi minores.* Cauda *corpore dimidio brevior, maculis nigris longis.*

5. F.

**Pardalis.** 5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis; inferioribus orbiculatis.

Cato-Pardus mexicanus. *Hern. mex.* 512. *t.* 512.

Catus Pardus ſ. Catus americanorum. *Rai. quadr.* 169.

*Habitat in* America. *Viſo Cane arbores adſcendit; Simias eludit.*

Magnitudo *Melis; ſupra fuſcus, ſubtus albicans; Lineæ punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter ſparſa, ſed pedes & abdomen tantum punctis;* Latera *lineis latioribus albis & fuſcis pinguntur.* Aures *breves, margine bifida abſque penicillis.* Pedes 5-4. Cauda *verticillato-variegata proportione Cati.* Myſtaces 4 *ordinum, in ſingulo ordine ſetæ* 3 *ſ.* 5, *albæ, baſi nigræ, longitudine capitis.*

**Catus.** 6. F. cauda elongata fuſco annulata, corpore faſciis nigricantibus; dorſalibus longitudinalibus tribus; lateralibus ſpiralibus. *Fn. ſuec.* 9.

Felis cauda elongata, auribus æqualibus *Faun. ſvec.* 3. *Syſt. nat.* 4. *n.* 6.

Felis vulgo Catus. *Geſn. quadr.* 98. *Rai. quadr.* 170.

Felis. *Aldr. dig.* 564. *Jonſt. quadr.* 180. *t.* 72.

β. Felis angorenſis. *Briſſ. quadr.* 266.

*Habitat in* Europæ *auſtralis ſylvis,* Auſtria. *Moribus congenerum, tranquilla ore molat, caudam erigit; excitata agiliſſima, ſcandit, irata fremit odore ambroſiaco; oculi noctu lucent. Pupilla interdiu perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus complicatis incedit; parce bibit; urina maris corroſiva; ructus foetidiſſimus; ſtercus ſepelit; clamando rixandoque miſere amat; cum pullis repentibusque ludit; in prædam intenta caudam movet; Murum Leo; pacata in comeſſantibus; pullos convocat; carnes piſceſque edit, calida, ſalſa vegetabiliaque reſpuit; os inſtante tempeſtate manu lavat; dorſum in tenebris electriſat; in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.*

**Lynx.** 7. F. cauda abbreviata: apice atra, auriculis apice barbatis. *Fn. ſvec.* 10.

Felis cauda truncata, colore rufeſcente maculato. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 4. *It. wgoth.* 222.

Lynx cervarius. *Geſn. quadr.* 677. *Tourn. it.* 2. *p.* 185.

Lynx,

Lynx. *Aldr. dig.* 90. *Jonſt. quadr.* 82. *t.* 71. *Raj. quadr.* 166.
*Habitat in* Europæ & Canadæ *ſylvis & deſertis; arbores inhabitat; Martes venatur, victitat Leporibus, Capris, Ovibus; adſpiciendo Canem globo perfoditur.*
Cauda *femoribus paulo brevior, apice atra.* Palpebra *inferior albicans, ut & ſuperior verſus canthum majorem.* Macula *linearis fuſca pone oculos.* Auricularum *apices nigri.* Palpebræ *albæ.* Manus *ampliſſimæ.*

14. VIVERRA. *Dentes Primores* VI: intermediis brevioribus.
*Molares* plures quam tres.
*Lingva* retrorſum ſæpe aculeata.
*Ungues* exſerti.

Ichneumon. 1. V. cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata, pollicibus remotiuſculis.
Meles digitis mediis longioribus: lateralibus æqualibus, unguibus ſubuniformibus. *Haſſelqv. itin.* 191.
Mus pharaonis. *Alpin. ægypt.* 14. *t.* 3.
Ichneumon. *Bellon. itin.* 96. *piſc.* 44. *Geſn. quadr.* 568. *Aldr. quadr.* 300. *t.* 301.
β. Muſtela glauca. *Syſt. nat.* 5. *Amoen. acad.* 2. *p.* 109.
Muſtela ſ. Viverra indis Mangutia. *Kæmpf. amoen.* 574. *t.* 567.
Quil ſ. Quirpele. *Garc. arom.* 162.
Serpenticida ſ. Muncos. *Rumpf. herb.* 7. *p.* 69. *t.* 28. *f.* 2. 3.
Ichneumon indicus. *Edw. av.* 199. *t.* 199.
Ichneumon ſ. Vulpecula zeilanica. *Seb. muſ.* 1. *p.* 66. *t.* 41. *f.* 1.
*Habitat in* Ægypto *ad ripas* Nili, & *in* India *primario. Manſveſcit; more Canis ſequitur. Victitat Amphibiis, Serpentibus, Lacertis, ovis Crocodili, Ranis, Gallinis, Muribus. Serpentum hoſtis, morſus a Serpente Ophiorhizam aſſumit; repit & proſilit ad prædam; a vento reformidat; mundum animal; Catum ſæpe trucidat.*
Frons *plana.* Labium *ſuperius prominens.* Auriculæ *rotundatæ.* Myſtaces *ſimplici ſerie in omnibus labiis*

*biis lateralibus ad marginem.* Lingua *ſcabra.* Pollex *a reliquis diſtinctus.* Cauda *baſi craſſa*, *ſenſim attenuata*, *longitudine corporis.* Folliculus *ante aperturam ani*, *ſub æſtu apertus.* Pili *albido & griſeo nigreſcente verticillati.* Magnitudo *Cati*; *calcaneis incedit.*

Mungo β. *ſimillima minor*, *glauca*; *an ſpecie diverſa?*

Naſua. 2. V. rufa, cauda albo annulata.
Urſus naſo producto & mobili. *Briſſ. quadr.* 263.
Taxus ſuillus. *Aldr. digit.* 267.
Coati. *Marcgr. braſ.* 228.
Coati-mondi. *Dod. act.* 181. *t.* 181. *Raj. quadr.* 180. *Houtt. nat.* 1: 2. *p.* 238. *t.* 15. *f.* 2.
*Habitat in* America; *egregie fodit quæſiturus Lumbricos*; *victitat etiam Muribus*, *Pomis*, *pane*; *dum iraſcitur peſſime foetet.*
Corpus *magnitudine Cati*, *ſtatura Urſi Lotoris*, *rufum ut Vulpes pilis in dorſo rigidulis.* Macula *albida ſupra*, *infra*, *poneque oculum.* Auriculæ *parvæ*, *ſupra nigræ.* Verruca *ſupra palpebram ſuperiorem*, *ſub oculo*, *in bucca*, *ſub gula.* Gula *flaveſcens.* Naſus *eductus in proboſcidem nigrum*, *longiſſimum*, *undique mobilem*, *apice introrſum truncatum*, *abſque lacuna ſubtus.* Dentes primores Superiores 6 *diſtincti: lateralibus majoribus.* Inferiores 6: *mediis convergentibus.* Laniarii *ſolitarii.* Molares *plures.* Lingua *fiſſuris lobata ut querci folium.* Cauda *erecta*, *corpore longior*, *fuſca annulis* 10 *pallidis*, *pilis patulis depreſſa*, *apice compreſſa.* Pedes *calcaneis incedentes tardo greſſu*, *etiam ſcandentes.* Digiti *ſingulis* 5 *pollice non remoto.* Ungves *acuti*, *compreſſi. Calcanea criſtata in mea non aderant.*

Narica. 3. V. ſubfuſca, cauda concolore.
Urſus naſo producto & mobili, cauda unicolore. *Briſſ. quadr.* 262.
*Habitat in* America.

Putorius. 4. V. fuſca lineis quatuor dorſalibus parallelis albidis.
Putorius americanus ſtriatus. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 62. *t.* 62.
Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm. itin.* 2. *p.* 378.

Yzquie-

Yzquiepatl. *Hern. mex.* 332. *Raj. quadr.* 181. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1.
Meles ſurinamenſis. *Briſſ. quadr.* 255.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Colore variat. Irritatus (cum urina forte) halitum explodit, quo nihil fœtidius; inceſſu tardus, nec Homines nec Feras metuens; veſtes fœtore inquinatæ purgantur ſepeliendo per diem. A. Kuhn.*
Magnitudo *Martis.* Color *ſupra varius, (varians colore) ſubtus ex albo & nigro variegatus.* Pedes *talis incedentes.* Ungues 5-5: *anteriores compreſſi, longi; poſteriores breviores, ſubtus excavati.* Dentes *Primores ſuperiores in meo nulli; Primores inferiores* 6, *æquales, quorum* 2 *interiores; Laniarii ſupra & infra utrinque approximati.*

Zibetha. 5. V. cauda annulata; dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato.
Civetta. *Cluſ. cur.* 57. *Briſſ. quadr.* 256.
Felis Zibethi. *Geſn. quadr.* 948.
Animal Zibethicum. *Aldr. dig.* 340. *t.* 343. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155. *Hern. mex.* 538. 580. 581. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 3.
Hyæna veteribus, nunc Civetta. *Bellon. it.* 94.
*Habitat in* Indiis, China, Mexico; *fera, indomita, irata pilos dorſi erigit.*
Corpus *oblongum.* Roſtrum *obtuſum.* Dentes *Primores ſuperiores* 6, *paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paulo breviores: alternis interioribus. Laniarii ſolitarii, utrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectæ, breves. Corporis pili ſecundum dorſum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiuſculi.* Pedes *ſubtus nudi.* Ungues 5-5, *canini.* Cauda *felis annulata. Guttur Pedes Venter nigra. Folliculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque ſexu* 1, *propria apertura folliculi, diſtincta ab ano & vulva, prominens, ambroſiaca.*
Anatome. *Barthol. cent.* 4. *n.* 1. & *cent.* 5. *n.* 49.
*Caſtellus P. Hyæna odorifera. Francof.* 1698. 8.

Genetta. 6. V. cauda annulata, corpore fulvo-nigricante maculato. †
Genetta ſ. Ginetta. *Bellon. it.* 76. *Geſn. quadr.* 550. *Aldr. digit.* 337. *t.* 339. *Jonſt. quadr. t.* 72. *Raj. quadr.* 201. *Briſſ. quadr.* 252.
*Habitat in* Oriente *juxta rivos,* Hiſpania; *manſueſcit ut Felis; olet Moſchum.*

Caudæ *annuli* 8 *nigri*; *totidemque albicantes*. Corpus *croceo-nigricans*, *maculis nigris ordine diſpoſitis*; *excepto Capite & Pedibus*. *Roſtrum acutiſſimum*.

## 15. MUSTELA. *Dentes Primores* ſuperiores VI, erecti, acutiores, diſtincti. Inferiores VI obtuſiores conferti: duo interiores. *Lingva* lævis.

Lutris. 1. M. plantis palmatis piloſis, cauda corpore quadruplo breviore.
Lutra marina. *Act. petropol.* 1749. *p.* 267.
Lutra braſilienſis. *Raj. quadr.* 187.
*Habitat in* Aſia & America *ſeptentrionali*.
Caput *depreſſum*. Auriculæ *minimæ*, *villoſæ*, *ſubrotundæ*. Os *obtuſiſſimum*. Myſtaces *copioſæ*, *rigidulæ*: *ſupra ſupercilia*; *pone oculos*; *pone ſinum oris*; *ad latera labii inferioris*; *ſub gula*. Dentes *primores ſuperiores* 6 *æquales*; *inferiores* 6: *duobus alternis interioribus & duobus bilobis lateralibus*. Pedes 5-5, *palmati omnes*. Cauda *depreſſa*, *corpore paulo brevior*.

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore. *Fn. Svec.* 12.
Lutra digitis æqualibus. *Faun. Svec.* 1. *n.* 10.
Lutra. *Bell. aquat.* 31. *t.* 32. *Geſn. aquat.* 515. *Aldr. quadr.* 294. *Dodart. act.* 147. *t.* 147. *Raj. quadr.* 187.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus*, *fluviis*, *ſtagnis*, *piſcinis*, *non in mari*. *Victitat Piſcibus*, *Ranis*, *Cancris*; *piſcinas devaſtat*. *Nidus ſub terra*, *ſupra aquæ ſuperficiem*, *aditu ſub aqua*; *coit februario*; *advocat feminam ſono lento ſuſurrando*; *parit majo pullos* 3 *ſ.* 4; *Nymphas habet & clitoridem*. (*An Lutra*, *Lutris*, *Lutreola ſint Viverræ ſpecies*, *hæreo*.)
Anatome *E. N. C. d.* 1. *a.* 3. *obſ.* 195. & *d.* 2. *a.* 10. *obſ.* 112. & *cent.* 10. *app.* 468.

Lutreola. 3. M. plantis palmatis hirſutis, digitis æqualibus, ore albo. *Fn. ſvec.* 13. *

*Ha-*

*Habitat in* Finlandiæ *aquoſis*, *victitans Piſcibus*, *Ranis.*

Barbara. 4. M. pedibus fiſſis, atra, collo ſubtus macula alba triloba.
Galera. *Brown. jam.* 485. *t.* 49. *f.* 1?
*Habitat in* Braſilia.
Corpus *ſtatura Martis*, *nigrum pilis rigidioribus.* Auriculæ *rotundæ*, *villoſæ. Area cineraſcens ante oculos. Macula ſub medio collo, non ſub gula*, *albida.* Mammæ 4, *pone umbilicum.*

Gulo. 5. M. pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro. *Faun. ſvec.* 14. *Houtt. nat.* 2. *p.* 189. *t.* 14. *f.* 4
Gulo. *Ol. Magn. Scheff. lapp.* 339. *Racz. polon.* 339.
*Habitat in alpibus* Lapponiæ, Ruſſiæ, Sibiriæ, *ſylvis vaſtiſſimis. Coit januario*, *parit maio pullos* 2 *ſ.* 3. *Victitat Leporibus*, *Avibus*, *Rangiferis*, *cadaveribus*; *admittit Vulpem*; *voracior Urſo*; *Pellis præſtantiſſima*, *pretioſiſſima*; *fœtor horrendus*; *vix excoriandus.*
Dentes *primores ſuperiores* 6: *horum* 4 *æquales*, *utroque latere quaſi lobati*; *extimi vero longiores*, *altero latere lobati. Inferiores* 6, *obtuſiſſimi: horum* 2 *alterni interiores. Laniarii ſuperiores* 1, *antice remoti*, *extus rugoſi*; *inferiores* 1, *utrinque approximati. Molares ſuperiores* 5; *inferiores* 6: *omnes lobati primo ultimoque minuto.*
*Cum fata mihi denegarint præmiſſas ſpecies intueri vivas*, *videant alii numne ad* Viverras *referri debeant*; *hoc ſvadet* Lutræ *ſtatura*; *hoc* Gulonis *fœtor*, *ſcanſura arborum*, *ſumma laniena.*
Anatome. *Barth. cent.* 4. *obſ.* 30.

Martes. 6. M. pedibus fiſſis, corpore fulvo nigricante, gula pallida. *Fn. ſvec.* 15.
Martes. *Geſn. quadr.* 151. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 200.
*Habitat in ſylvis* Europæ *antiquis. Victitat Sciuris*, *Muribus*, *Avibus.*
*Varietas duplex ruſticis:* Fagorum *gutture albo*; Abietum *gutture flavo.*

Putorius. 7. M. pedibus fiſſis, corpore flavo nigricante, ore auriculisque albis. *Fn. ſvec.* 16. *Pennat. britann. t.* 1.

Muſtela flaveſcente-nigricans, ore albo, collari flavo. *Syſt. nat.* 6. *p.* 5. *n.* 3.
Putorius. *Geſn. quadr.* 767. *Aldr. ungv.* 330. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 199. *Briſſ. quadr.* 249.
*Habitat inter* Europæ *rupes & lapidum acervos; noctu prædatur Cuniculos, Gallinas, Aviculas, Ova rapit; ano halitu fœtidiſſima.*
*Mas ſubflavus ore albido. Femina albido-ſubflava. Briſſ.*

Furo. 8. M. pedibus fiſſis, oculis rubicundis. †
Muſtela ſylveſtris. *Aldr. digit.* 325. *t.* 327.
Muſtela ſylveſtris Viverra dicta. *Raj. quadr.* 199.
Viverra, Furo, Ictis. *Geſn. quadr.* 762.
*Habitat in* Africa.
*Putorio minor; Auriculæ arrectæ patulæ breves; Oculi rubicundi. Raj. Forte idem cum præcedente, ut Briſſono.*

Zibellina. 9. M. pedibus fiſſis, corpore obſcure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. †
Muſtela Sobella. *Geſn. quadr.* 868.
Muſtela Sibellina. *Aldr. digit.* 335. *Raj. quadr.* 201. *Act. petrop.* 1760. *v.* 5. *p.* 330. *t.* 6. *Briſſ. quadr.* 248.
*Habitat in* Aſia *ſeptentrionali*, Tataria, Sibiria.
*Color fulvo-obſcurus gutture cinereo; anterior pars capitis & auriculæ ex albido-cinereæ. Raj. Vibriſſæ ad ſupercilia, nares, os longiſſimæ.*

Erminea. 10. M. pedibus fiſſis, caudæ apice atro. *Fn. ſvec.* 17. *Houtt. nat.* 3. *p.* 206. *t.* 14. *f.* 5.
Muſtela vulgaris. *Geſn. quadr.* 149. *Aldr. ungv.* 307. *Jonſt. quadr. t.* 74. *Raj. quadr.* 195.
β. Muſtela candida ſ. Ermineum. *Raj. quadr.* 198.
Muſtela alpina candida. *Wagn. helvet.* 180.
*Habitat in* Europa & Aſia *frigidiore; edit Piſces, carnes, Mures, ova, Fungos, non vegetabilia; avariſſima, fœtida, immunda, ſiticuloſa, noctu prædatur, Muribus peſſima, quos totos relictis ſolis dentibus conſumit, eorum foramina intrat; a Fele non facile occiditur; recurrens accurrensque continuo proſpicit; terrefacta epilepſia convellitur.*

Con-

Muſtelæ *genus corpore elongato pedibusque brevibus eſt, currit trunco incurvato, ſcandit arbores, ſalit ex arbore in arborem.*

*Confer*. Muſtela javanica. *Seb. muſ.* 1. *p.* 77. *t.* 48. *f.* 4.
Cauda *dimidia extrorſum nigra*; Corpus *hyeme album excepta cauda*, *æſtate rufum excepto abdomine*, *pectore*, *gula*. Pellis *pretioſa hodie Feminis noſtratibus nobilioribus.*

nivalis. 11. M. pedibus fiſſis, corpore albo, caudæ apice vix pilis ullis nigris. *Fn. ſvec.* 18.
*Habitat in* Weſtrobothnia. *Snömus.*
*Simillima Ermineo*, *ſed dimidio minor*, *Caudæ apice pilo vix uno alterove albo.*

16. URSUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, intus excavati alterni.
Inferiores VI: laterales 2 longiores lobati; ſecundarii baſi interiores.
*Laniarii* ſolitarii, conici.
*Molares* V. ſ. VI: primo laniariis approximato.
*Lingua* lævis.
*Membrana nictitans*. *Naſus* prominens.
*Penis* ſcatens oſſe curvato.

Arctos. 1. U. cauda abrupta. *Faun. ſvec.* 19.
Urſus. *Geſn. quadr.* 14. *Aldr. digit.* 117. *Jonſt. quadr. t.* 55. *Dodart. act.* 67. *t.* 67. *Raj. quadr.* 171.
*Habitat in* Europæ *frigidæ uliginoſis ſylvaticis*; *victitat Baccis*, *Inſectis*, *alvearibus Apum*, *Cadaveribus & laniena Pecorum Equorumque*; *prædam mox inflat*, *relictam in paludibus defodit*; *eſcam lubenter lavat*; *manus cubans continuo lambit*; *coit fine Octobris*, *uterum gerit* 112 *diebus*; *hybernat abſtemius a medio novembris in initium vegetationis*; *obambulat plerumque*, *ſegnis niſi laceſſitur*, *tum agiliſſime erectus ambabus pugnat*; *ſine injuria Hominem non adoritur*; *ante pugnam pullos adſcendere arbores cogit*,

*git, deſcendit præeunte cauda, quam valde metuit; pediculis caret.*

*Hiſpidus, membrana nictitante torvus. Pollex digitis anguſtior. Mammæ* 4. *Cranium, non cerebrum, Leonis minus. Tendines præſtantiſſimæ pro filis Lapponum; Fel amariſſimum pro epilepticis; pingvedo pro coſmeticis.*

*Urſus* maritimus *albus maior, arcticus. Martens. ſpitzb.* 73. *t. U. f. C. forte diſtincta ſpecies eſt, nobis non viſa, capite longiore, collo anguſtiore.*

Meles. 2. U. cauda concolore, corpore ſupra cinereo, ſubtus nigro, faſcia longitudinali per oculos aureſque nigra. *Fn. ſvec.* 20.

Meles unguibus anticis longiſſimis. *Syſt. nat.* 6. *p.* 6.

Meles. *Geſn. quadr.* 686.

Taxus. *Aldr. digit.* 264. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 185. *Briſſ. quadr.* 252.

*Habitat in* Europa *inter rimas rupium & lapidum in Sylvis; victitat Inſectis, Ovis, foliis Secales Lathyrique, quibus corraſis hybernat, admodum pingueſcit; nocturnus venatur Cuniculos, antra fodit inhabitatque; ſtercus in diſtincto & determinato loco deponunt inhabitantes extra antrum ſinguli; die latet; folliculum putorium ſupra anum haurit hybernans.*

Corpus *ſupra albidum, ſubtus nigrum; Membrana nictitans ampla totum oculum tegens.*

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obſ.* 32. & *d.* 3. *a.* 3. *obſ.* 163.

Lotor. 3. U. cauda annulata, faſcia per oculos transverſali nigra.

Urſus cauda elongata. *L. Act. ſtockh.* 1747. *t.* 9. *f.* 1. *Houtt. nat.* 2. *p.* 237. *t.* 15. *f.* 1.

Mus indicus alius. *Geſn. quadr.* 741.

Vulpi affinis americana. *Raj. quadr.* 179.

Raccoon. *Kalm. it.* 2. *p.* 228, 327. & 3. *p.* 24.

Coati. *Worm. muſ.* 319. *Major. moſch.* 30. *Raj. quadr.* 179. *Briſſ. quadr.* 261.

Felis montana americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1.

Mapach. *Nieremb. nat.* 175.

*Ha-*

---

Urſi *genus ſcandit interdum arbores, at non ſalit, ſed deſcendit poſterioribus præeuntibus,* Talis *communiter incedit.* Penis *oſſe curvato ſcatet.*

*Habitat in* Americæ *maritimis. Edit lubenter Ova, Gallinas, Conchas; cibum lavat, manibus ori admovet; odoratu tactuque excellit; mentis tenaciſſimus; dormit a 12 noctis in 12 diei; pellitur ſetis porcinis.* Penis *oſſe incurvato ſcatet. Lubenter ſcandit.*
Corpus *cinereum, pilis erectis, ferrugineis apice nigris, unde inſpectus umbra nigra cingitur.* Caput *fuſcum; Frons alba. Faſcia nigra trans oculos, in medio interrupta cum linea nigra perpendiculari interjecta.* Cauda *pilis nigris annulata.*

luſcus. 4. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, roſtro fuſco, fronte plagaque laterali corporis.
Urſulus lupi affinis. *Edw. av.* 103. *t.* 103.
Urſus freti hudſonis. *Briſſ. quadr.* 240.
Quickhatch. *Anſon. it.* 1. *p.* 58. *Elliſ. hudſ. t.* 3. *f.* 2.
*Habitat ad ſinum* Hudſonis.

17. DIDELPHIS. *Dentes Primores* Superiores X. Inferiores VIII: intermediis 2 breviſſimis.
*Laniarii* longi.
*Molares* denticulati.
*Lingua* ſubciliata.
*Folliculus* abdominalis mammarum.

marſupialis. 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amoen. acad.* 1. *p.* 279. *Muſ. Ad. Fr.* 10.
Philander. *Seb. muſ.* 1. *p.* 64. *t.* 39.
Opoſſum. *Tyſon. act.* 290. *p.* 1565.
Carigue. *Laet. amer.* 551.
Carigueya braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 222. *Piſ. braſ.* 323. *Jonſt. quadr.* 136. *t.* 63.
Maritacaca. *Raj. quadr.* 182.
Tlaquatzin. *Hernand. mex.* 330.
*Habitat in* America; *victitat Gallinis, Sacchari culmis; arbores ſcandit, proſecutus a Canibus ſe mortui*



Didelphides *pollice plantarum, uti Primates, diſtincto ſ. remoto gaudent, ſed mutico.*

*tui inſtar contrahit*, *Canibus non eſculenta*; *terrefacta pullos lactantes intra alvum recipit.*

Corpus *Melis*, *magnitudine Felis majoris.* Roſtrum *conicum*, *longum Suis inſtar*, *carinatum*, *rictu longiſſimo Vulpis.* *Nares perpendiculares*, *lunares.* Vibriſſæ 5 *ordinum*, *longæ*; ſetæ *pone oris rictum* 8, *ſub gula* 5. Auriculæ *rotundatæ*, *atræ apicibus albis.* Dentes molares *lobati: anteriores ſimplices: primi minimi*; *reliqui ut in charactere.* Tibiæ *nigræ*, *læves pilis brevibus.* Cauda *nuda*, *longitudine corporis*, *quaſi ſegmentis ex rugis*, *prehenſilis.* Manus *pentadactylæ*, *fiſſæ.* Digiti *teretes*, *nudi*, *æquales.* Ungues *compreſſi*, *arcuati.* *Plantæ ut in palmis:* Pollex *omnino muticus.*

Philander. 2. D. cauda baſi piloſa, auriculis pendulis, mammis quaternis.

Tlaquazin ſ. Tai-ibi braſilienſibus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 57. *t.* 36. *f.* 4.

*Habitat in* America.

*Figura Sebæ aliena roſtro rotundiore*, *facia fuſca trans oculos*, *pollice poſtico unguiculato*, *quod non in noſtro.* *Ubera duo: mammis in ſingulis* 2.

Opoſſum. 3. D. cauda ſemipiloſa, ſuperciliorum regione pallidiore, mammis binis.

Philander, Opoſſum ſ. Carigueya. *Seb. muſ.* 1. *p.* 56. *t.* 36. *f.* 1, 2.

*Habitat in* America.

*Abdomen circa mammas contrahitur in marſupium*; *pollices poſtici mutici.*

murina. 4. D. cauda ſemipiloſa, mammis ſenis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 279. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 8. *

Mus ſylveſtris americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 48. *t.* 31. *f.* 1, 2, 3, 6.

*Habitat in* Aſia, America.

Ungues *digitis omnibus acuti*, *exceptis pollicibus poſticis.* *An pullus præcedentis?*

dorſigera. 5. D. cauda baſi piloſa corpore longiore, digitis manuum muticis. †

Mus ſylveſtris americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 49. *t.* 31. *f.* 5, 4. & 2. *p.* 90. *t.* 84. *f.* 4. *Merian. ſurin.* 66. *t.* 66.

*Ha-*

*Habitat in* America. *Pullos in dorſo gerit caudis cirrhi inſtar convolutis.*

## 18. TALPA. *Dentes Primores* ſuperiores VI; inferiores VIII.
*Laniarii* major I; minores IV.

europæa. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis. *Faun. ſvec.* 23.
Talpa caudata. *It. ſcan.* 332. *
Talpa. *Geſn. quadr.* 931. *Aldr. dig.* 45. *Raj. quadr.* 236. *Seb. muſ.* 1. *t.* 41. *f.* 1, 4.
*Habitat in* Europæ *apricis humoſis, evertens prata hortosque, victitans Lumbricis, nec Plantis; expellitur Ricino; hybernat, pellis delicatula.*
*Penis omnium longiſſimus.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 51. & *d.* 2. *a.* 1. *obſ.* 130.
*Paulinus C. F. Talpa. Francoſ.* 1689.

aſiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis. †
Talpa ſibirica verſicolor. *Seb. muſ.* 1. *t.* 32. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Sibiria.

## 19. SOREX. *Dentes Primores* ſuperiores II bifidi. Inferiores IV: intermediis brevioribus.
*Laniarii* utrinque plures.

criſtatus. 1. S. naribus carunculatis, cauda breviore.
*Habitat in* Penſylvania.
Corpus *facie Talpæ, atrum, palmis niveis.* Roſtrum *elongatum.* Dentes Primores *ſuperiores* 2, *inferiores* 4. Laniarii *utrinque* 4. Nares *ſingulæ Caruncula ſtellato-palmata radiis* 10 *ſ.* 15 *ſubulatis nudis, ut in Erinaceo.* Cauda *ſubnuda, concolor, corpore dimidio minor.*

minutus. 2. S. roſtro longiſſimo, cauda nulla.
*Habitat in* Sibiria, *locis humidiuſculis ſub arborum radicibus, nido e Lichenibus confecto; colligit ſe-*

 *mi-*

*mina*; *ſodit*; *cito currit*; *ſonus Veſpertilionis. Er. Laxman.*

Corpus *Mammalium omnium facile minimum*, ℈j *ponderis*, *pilis tenerrimis nitidum*, *griſeum*, *ſubtus albicans.* Caput *magnitudine fere corporis: Roſtro attenuato*, *ſubtus exarato. Dentes* . . . Myſtaces *oculos attingentes.* Oculi *parvi*, *retracti.* Auriculæ *dilatatæ*, *breves*, *nudæ.* Pedes 5 - 5. *Cauda nulla.*

aquaticus. 3. S. plantis palmatis, palmis caudaque breviore albis.

Talpa virginianus niger. *Seb. muſ.* 1. *p.* 51. *t.* 32. *f.* 3.

*Habitat in* America ſeptentrionali. *P. Kalm.*

Corpus *cinereum ſ. fuſcum*, *ſtatura S. criſtati.* Dentes primores *ſuperiores* 2; *inferiores* 4: *intermediis breviſſimis.* Laniarii *utrinque plures*, *diſcreti.* Palmæ *albæ.* Cauda *alba*, *corpore* ¼ *brevior.*

murinus. 4. S. cauda mediocri, corpore fuſco, pedibus caudaque cinereis.

*Habitat in* Java.

Corpus *magnitudine Muris Muſculi.* Roſtrum *elongatum*, *ſubtus canaliculatum*, *cinereum Vibriſſis longis.* Auriculæ *rotundatæ nudiuſculæ.* Dentes *Primores* 2, *acuti*, *paralleli.* Pedes *pentadactyli unguiculati.* Cauda *corpore paulo brevior*, *minus piloſa.*

Araneus. 5. S. cauda mediocri, corpore ſubtus albido. *Fn. ſvec.* 24. *

Mus araneus. *Geſn. quadr.* 741. *Aldr. digit.* 441 *t.* 442. *Jonſt. quadr. t.* 66. *Raj. quadr.* 239. *Briſſ. quadr.* 178.

*Habitat in* Europæ *cryptis ſylvis*, *teter venenumque olens*; *occiditur a Felibus*, *ſed non editur.*

20. ERI-

## 20. ERINACEUS. *Dentes Primores* ſuperiores II diſtantes; inferiores II minus diſtantes. *Laniarii* utrinque 2, recumbentes.

europæus. 1. E. auriculis rotundatis, naribus criſtatis. *Faun. ſvec.* 22. *It. gotl.* 264. *
Echinus ſ. Erinaceus terreſtris. *Geſn. quadr.* 368. *Aldr. digit.* 459. *Jonſt. quadr. t.* 68. *Raj. quadr.* 231. *Seb. muſ.* 1. *t.* 49. *f.* 1, 8.
*Habitat in* Europa, *nidificans e Muſco in fruticibus; hybernans; nocturnus; victitans Bufonibus, Vermibus, Coleopteris, Conchis, Fructibus, Aviculis, Cadaveribus; muſcos fodit; natat facile; monogamus incedit; meticuloſus iratusque in globum decuſſatis ſpinis ſe contrahit; compreſſis pedibus ejulat; ambroſiacus.*
*Præputium propendens.* Nares *ſingulæ caruncula criſtatæ.*

inauris. 2. E. auriculis nullis. † *Briſſ. quadr.* 184.
Erinaceus americanus albus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 3.
*Habitat in* America; *modo non varietas prioris.*

malaccenſis. 3. E. auriculis pendulis. † *Briſſ. quadr.* 183.
Hyſtrix brachyura. *Syſt. nat.* 10. *p.* 57.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix malaccenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 81. *t.* 51. *f.* 1.
*Habitat in* Aſia.
*Facies cum Briſſono ſvadent Erinacei ſpeciem.*

IV. GLI-

# IV. GLIRES.

*Dentes Primores bini ſupra & infra approximati, a molaribus remoti. Laniarii nulli.*

**21. HYSTRIX.** *Dentes Primores* II oblique ſciſſi. (*Raj.*)
*Molares* octo.
*Corpus* ſpinis tectum.

**criſtata.** 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato, cauda abbreviata.
Hyſtrix capite criſtato. *Briſſ. quadr.* 125.
Hyſtrix. *Geſn. quadr.* 563. *Aldrov. digit.* 471. *Jonſt. quadr.* 119. *t.* 68. *Dodart. act.* 233. *Raj. quadr.* 206.
Hyſtrix orientalis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *p.* 79. *t.* 50. *f.* 1.
*Habitat in* Aſia, Africa; *contracta in globum ne Leonem metuit.*
*Nucha aculeis ſetisve rigidis tenuiſſimis flexilibus longiſſimis.*

**prehenſilis.** 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehenſili ſeminuda.
Hyſtrix. *Bont. jav.* 54.
Cuandu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 233. *Piſ. amer.* 99. *Jonſt. quadr. t.* 60. *Raj. quadr.* 208.
Hoitztlacuatzin. *Hern. mex.* 322.
*Habitat in* Aſia, America *meridionali; noctu vagatur; prædatur Gallinis &c. caudam ramis circumvolvit, ne labatur; voce eſt Gruis; Spinas in hoſtem ejaculare valet, non extrahendas; quæ applicantur loco hirudinum.*

**dorſata.** 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda mediocri, dorſo ſolo ſpinoſo.
Hyſtrix canadenſis. *Edw. av.* 52. *t.* 52. *Ellis. hudſ. t.* 3. *Anſon. it.* 1. *p.* 56. *t.* 58.
*Habitat in* Canada.

*Cor-*

*Corpus ferrugineum, Cauda apice ſubtus alba. Aculei inter pilos occultati.*

macroura. 4. H. pedibus pentádactylis, cauda longiſſima: aculeis clavatis.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 84. *t.* 52. *f.* 1.
*Habitat in* Aſia.

## 22. LEPUS. *Dentes Primores* II: ſuperiores duplicati: interioribus minoribus.

timidus. 1. L. cauda abbreviata, auriculis apice nigris. *Faun. ſvec.* 25.
Lepus. *Geſn. quadr.* 69. *Aldr. dig.* 247. *Jonſt. quadr. t.* 65. *Raj. quadr.* 204.
β. Lepus caudatus plane candidus. *Briſſ. quadr.* 139.
*Habitat in* Europa; *victitat ramulis fruticum, cortice arborum, radicibus. Hyeme in frigidis niveus, exceptis auribus nigris.* Cauda *etiam æſtate alba.* Aures *longæ.* Oculi *exſtantes membrana nictitante, ſomno aperti.* Femora *poſtica craſſa* Pedibus *lanatis* 5-4, & *dorſum conſtituunt præſtantiſſimam partem.* Nares *humidi, motitantes. Inermis curſu valet, timidus, currit gyros ſenſim breviores, retro deviat exſiliendo; a Canibus, Felibus, Accipitribus, Strigibus venatur; projecto ſub venatu in altum pileo ſeſe occultat ſub proximo frutice metu Accipitris* (*Ström.*) *Cavitas utrinque e regione pubis; mordet truncum tranſcendendum; delectatur tympano; cervice fragili; immenſus parturitione; urina fœtida, non in cubile; Pulicibus obnoxius. Lagographia Waldungii W. Amberg* 1679. 4. & *Paullini C. F. Wienn.* 1691. 4.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251. & *a.* 3. *obſ.* 93. & *d.* 3. *a.* 5. *obſ.* 225. *Barthol. act.* 1671. *n.* 136.

Cuniculus. 2. L. cauda abbreviata, auriculis nudatis. *Fn. ſvec.* 26.
Cuniculus. *Geſn. quadr.* 72. *Aldr. digit.* 382. *Jonſt. quadr. t.* 65. *Raj. quadr.* 205.

Lepus

Lepus cornutus, *ſi non hybridus, certe fabuloſus ſit.*

Lepus caudatus pilis tenuiſſimis & longiſſimis toto corpore veſtitus. *Briſſ. quadr.* 141.
*Habitat in* Europa *auſtrali*, *hic gaudet in effoſſis habitare Cuniculus antris arenoſis. Prædatur Falconibus*, *Mele*, *Putorio.*
*Species facilius dignoſcitur*, *quam differentia ſpecifica determinatur*; *Auriculæ capite breviores*, *nec longiores uti præcedentis.*
Anatome. *Parv. obſ.* 10.

capenſis. 3. L. cauda longitudine capitis, pedibus rubris.
*Habitat ad* Cap. b. Spei. *Fodiens. J. Burmannus.*

braſilienſis. 4. L. cauda nulla. *Syſt. nat.* 9. *n.* 1.
Cuniculus braſilienſis Tapeti. *Marcgr. braſ.* 223. *Piſ. braſ.* 102. *Raj. quadr.* 205.
*Habitat in* America *meridionali.*

## 23. CASTOR. *Dentes Primores* Superiores truncati, angulo transverſo excavati; inferiores apice transverſi. *Cauda* depreſſa.

Fiber. 1. C. cauda ovata plana. *Faun. ſvec.* 27.
Caſtor. *Geſn. piſc.* 185. *Rond. piſc.* 236. *Jonſt. piſc. t.* 68. *Dodart. act.* 131. *Raj. quadr.* 209. *Aldr. quadr.* 706.
Fiber. *Bellon. aqu.* 30.
*Habitat in* Europæ, Aſiæ, Americæ *borealibus ad ripas fluviorum lacuumque*, *victitans corticibus Sorbi*, *Salicis*, *potiſſimum Populi*, *unde Caſtoreum præſtantius*; *vix Piſces edit. Ventriculo ſuperius innatum eſt corpus craſſum cavernoſum Humore fœtido.*
Caſtoreum *e folliculis putoriis*, *utriusque ſexus*, *celluloſis*; *præſtantius europæum quam canadenſe*; *in ſuperiore cavitate liquidum ut Axungia.*
Architectura *in conſtruendo domos ad ripas ſuperat omnium animalium*, *excepta Hominis*, *de qua vide Act. ſtockh.* 1756. *p.* 207.
*Marius J. Caſtorologia. Wienn.* 1685.
Anatome *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251.

2. C.

moſchatus. 2. C. cauda longa compreſſo-lanceolata, pedibus palmatis. *Faun. ſvec.* 28.
Mus aquaticus exoticus. *Cluſ. exot.* 375. *Aldr. digit.* 448. *Jonſt. quadr. t.* 73. *Worm. muſ.* 334. *Raj. quadr.* 217. *Act. petropol.* 1758. *v.* 4. *p.* 373.
*Habitat in* Ruſſiæ *aquoſis*, *victitat Acoro*, *habitat more Talparum e terra & ligno*, *introitu ſub ipſa aqua.*
Pedes, *ut in antecedente*, *palmati.* Auriculæ *nullæ.*

zibethicus. 3. C. cauda longa compreſſo-lanceolata, pedibus fiſſis.
Caſtor cauda verticaliter plana, digitis omnibus a ſe invicem ſeparatis. *Briſſ. quadr.* 136.
Caſtor moſchatus, pedibus fiſſis, pilis albis ciliatis. *Kalm. it.* 3. *p.* 29.
Rattus moſchatus. *Act. pariſ.* 1725. *p.* 323. *t.* 11.
*Habitat in* Canada, *victitans Acoro.*
Auriculæ *breviſſimæ.*
Folliculi & *Cauda tam hujus quam ſequentis ambroſiaci*, *Zibethi inſtar*, *quod pellit Acaros Tineasque*; *unde Ruſſi fimbriatis veſtimenti inſuunt*, *ut tuti a contagioſis ſint.*

## 24. MUS. *Dentes Primores* inferiores ſubulati.

Porcellus. 1. M. cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *It. wgoth.* 224. *Amoen. acad.* 4. *p.* 190. *t.* 2. *
Cuniculus indicus. *Geſn. quadr.* 367. *Aldr. digit.* 391. 393.
Porcellus indicus ſ. Cuniculus indicus. *Jonſt. quadr.* 161. *t.* 63. *f.* 6. *Edw. av. t.* 294. *f.* 2.
Mus ſ. Cuniculus americanus guineenſis porcelli pilis & voce. *Raj. quadr.* 223.
Cavia Cobaya. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſ.* 102.
*Habitat in* Braſilia. *Pipientes*, *loquaces*, *inquieti*, *ſequaces*, *calcitrantes*, *attenti*, *comantes*, *maſticantes*, *edunt vegetabilia variata*; *potant lympham puram*, *calorem amant*; *femina mammis duabus*. *parit pullos perfectiſſimos*, *mox coit*; *mas bombylans junio-*

* Pedes *Muribus communiter palmis* 4*dactylis*, *plantis* 5*dactylis*; *at Plantæ* 3dactylæ *Porcello*, *Aguti*, *Leporino*, *Jaculo.* *Sed omnes* 5dactylæ *Lemmo*, *Paca*, *amphibio.*

*juniores maſculos mordet paraplecticos. Color varius, etiam ſpontaneis.*
*Hiſtoria hujus habetur in Amoen. acad. l. c. inſerta.*

Aguti. 2. M. cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine flaveſcente.
Cuniculus caudatus auritus, pilis ex rufo & fuſco mixtis rigidis. *Briſſ. quadr.* 143.
Mus ſylveſtris americanus, porcelli pilis & voce. *Raj. quadr.* 226.
Aguti ſ. Acuti. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſ.* 102. *Jonſt. quadr. t.* 63.
*Habitat in* Braſilia, Surinamo, Guiania.
Corpus *Pilis rigidis rufo-fuſceſcentibus, Abdomine flaveſcente.*

leporinus. 3. M. cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine albo.
Lepus javenſis. *Catesb. carol.* 3. *p.* 18. *t.* 18.
*Habitat in* Java, Sumatra.
Aures *ſubrotundæ*, Color *rufus*, abdomine *albo.*

Citellus. 4. M. cauda abbreviata, corpore cinereo, auriculis nullis.
Mus Citellus. *Geſn. quadr.* 835. *Aldr. quadr.* 436. *Raj. quadr.* 220.
*Habitat in* Auſtria, Bohemia, Polonia, *ſub terra.*

Lemmus. 5. M. cauda abbreviata, pedibus pentadactylis, corpore fulvo nigro-vario. *Fn. ſvec.* 29.
Mus cauda abrupta, corpore fulvo nigroque vario. *Act. ſtockh.* 1740. *p.* 326. *t.* 6. *f.* 45.
Mus montanus. *Scheff. lapp.* 346.
Lemming. *Olear. muſ.* 21. *t.* 12. *f.* 6.
Lemmus. *Ol. Magn. ſept.* 18: 20.
Mus norvagicus. *Worm. muſ.* 322. *t.* 325. *monogr.* 6. *Raj. quadr.* 227.
*Habitat in alpibus* Lapponicis *ſub tuberibus terræ.*
*Gregatim fugiunt quibusdam annis ex alpibus, recta via iter inſtituentes; edunt Lichenem rangiferinum, amenta Betulæ nanæ, non carnes; prædantur a Canibus, Lagopodibus.*
*Wormii Hiſtoria animalis e Norvagia. Hafn.* 1653. *quart. hunc ſiſtit.*
Anatome. *Bartholin. cent.* 2. *p.* 301.

6. M.

Paca. 6. M. cauda abbreviata, pedibus pentadactylis, lateribus flaveſcenti-lineatis.

Mus braſilienſis, porcelli pilis & voce. *Raj. quadr.* 226.

Cuniculus caudatus auritus pilis obſcure fuſcis rigidis, lineis ex albo flaveſcentibus ad latera. *Briſſ. quadr.* 144.

Paca. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſ.* 101. *Jonſt. quadr. t.* 63.

*Habitat in* Braſilia, Guiania.

Corpus *ſupra fuſcum lineis tribus albo-flaveſcentibus.* Auriculæ *ovatæ tectæ, minus acutæ.* Verruca *ſuperciliorum, temporum, gulæ.* Dentes *primores ſuperiores ſimplices.*

Marmota. 7. M. cauda abbreviata ſubpiloſa, auriculis rotundatis, buccis gibbis.

Mus cauda elongata nuda, corpore rufo. *Syſt. nat.* 6. *p.* 10. *n.* 11.

Mus montanus. *Matth. dioſc.* 2. *c.* 63.

Mus alpinus. *Raj. quadr.* 221. *Wagn. helv.* 179. *Dodart. mem.* 3. *p.* 31. *t.* 31. *Geſn. quadr.* 743. *Aldr. digit.* 445.

*Habitat in alpibus* Helveticis, Tridentinis. *Profunde & celerrime fodit; hybernat alto ſomno, ut vix excitetur vel in fruſta diſſectus; manibus cibum ori admovet; ſæpe erecta incedit; facilius in planitie, quam ſub terra aſſequitur; manſveſcit; rebus cibariis, domeſticis, veſtimentis nocet.*

Dentes *primores inferiores apice divergentes.* Myſtaces *utrinque ſerie ſextuplici.* Aures *parvæ, veſtitæ.* Bucca *utrinque admodum gibba.* Cauda *palmaris, nigra.* Verruca *ſupra oculos ſetis* 6; *ſub oculis ſetis* 7. Dorſum *cinereum.* Inguina & *pedes cinereo-flaveſcentia.* Sutura *a gula ad anum.* Pedes 4-5. *D. Z. Hallman.*

Monax. 8. M. cauda mediocri piloſa, corpore cinereo, auriculis ſubrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.

Monax ſ. Marmota americana. *Edw. av.* 104. *t.* 104.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

*Auriculæ ſubrotundæ; Corpus Cuniculo paulo majus. Palmæ 4dactylæ cum rudimento quinti mutici. Plantæ 5dactylæ: poſtico breviore. Cauda longitudine pedum, ſubtus nuda. Claud. Alſtrœmer.*

Cricetus. 9. M. cauda mediocri, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus maculis tribus albis.

Mus cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario. *Syſt. nat. 6. p.* 10. *n.* 10.

Cricetus. *Raj. quadr.* 221. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obſ.* 186. *Geſn. quadr.* 738.

Hamſter. *Meyer. thier.* (*Norib.* 1748. *fol.*) *t.* 81, 82.

*Habitat in* Germania.

*Cavernas fodit ſub terra plurimis concamerationibus, duplici foramine: altero obliquo aditu, altero perpendiculari ſpecula. Colligit Frumentum, Piſa, Fabas, fructus, in diſtinctis cameris ſervanda, adportat ea in bucca; parit bis in anno ſex pullos, itidem in propria camera ſervandos, uti etiam ſterquilinium in diſtincta.*

*Venatur ob carnes, pelles, frumentum collectum; occiditur pulvere Veratri, farina & melle in panes coctis.*

*Numerus digitorum pedum in hac nobis ignotus. Cuniculo minor, cauda pedibus fere brevior. Bucca utrinque ſaccata.*

terreſtris. 10. M. cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere brevioribus. *Faun. ſvec.* 31. *

Mus cauda longiſſima piloſa, auribus ſubrotundis vellere brevioribus. *Syſt. nat. 6. p.* 10. *n.* 5.

Mus agreſtis, capite grandi, brachyuros. *Raj. quadr.* 218.

*Habitat in* Europæ *terra & aqua.*

*Corpus fuſcum ſubtus pallidum, at non albicans. Caput craſſius, ore gibbo. Cauda magis piloſa, quam in Ratto, ſed corpore dimidio brevior; at pedibus fere longior.*

*Hortos Talpæ inſtar miſere effodit, palmis licet parvis; natat in foſſis & urinatur, plantis licet fiſſis; Radices arborum decorticat, plantarum conſumit ſ. aufert; Pullos anatum in piſcinis occidit.*

amphibius. 11. M. cauda elongata piloſa, plantis palmatis. *Fn. ſvec.* 32. †

Mus major aquaticus ſ. Rattus aquaticus. *Raj. quadr.* 217.

Mus aquaticus. *Bell. aquat.* 35. *t.* 36.

Ha-

*Habitat in* Europæ, Africæ *foſſis, ripis, piſcinis, hortis. Fodit ad foſſas & radices arborum, natat, urinatur, conſumit radices, Hortis & Satis infeſtus; capitur Naſſis e virgulis confectis ſub aqua demerſis.*
*Species a me non propius inſpecta, an a priori vere diſtincta?*

Rattus. 12. M. cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis. *Faun. ſvec.* 33.*
Mus cauda elongata ſubnuda, corpore fuſco cinera-ſcente.
Mus domeſticus major. *Geſn. quadr.* 109. *Aldr. digit.* 417. *Raj. quadr.* 217.
Glis. *Jonſt. quadr. t.* 66.
*Habitat in domibus* Europæ, *domibus peſſimum cautumque animal, utenſilibus infeſtum omnibus; Prædatur a Fele, Bubone, aliisque Strigibus. Ex America navi quadam Antwerpiana primum in Europam perveniſſe refert Poppin. orb. illuſtr.* 196.

Muſculus. 13. M. cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. *Fn. ſvec.* 34.
Mus cauda nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 31.
Mus. *Geſn. quadr.* 714. *Aldr. digit.* 417. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Mus domeſticus vulgaris ſ. minor. *Raj. quadr.* 218.
*Habitat in domibus Europæ; polyphagus conſumit cibaria, cerealia, carnes, cadavera; vix incarcerandus; delectatur Muſica; Prædatur a Fele; Muſtela, Erinaceo, Strige; in horreis pellitur Ebulo.*
*Unguis pollicaris palmarum nullus, quo a Ratto differt.*
*Varietas* alba *rarius in Weſtrobothnia occurrit.*

avellanarius. 14. M. cauda elongata piloſa, corpore rufo, gula albicante, pollicibus poſticis muticis. *Fn. ſvec.* 35.
Mus avellanarum minor. *Raj. quadr.* 220. *Aldr. digit.* 440. *Edw. av.* 119. *t.* 266.
Glis ſupra rufus, ſubtus albicans. *Briſſ. quadr.* 162.
*Habitat in* Europæ *ſylvis. Colligit nuces, glandes; ſuperfluas defodit. Hybernat.*
*Pedes digitis* 4 - 5.

quercinus. 15. M. cauda elongata piloſa, macula nigra ſub oculis.
Mus avellanarum. *Geſn. quadr.* 833. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Mus avellanarum major. *Aldr. digit.* 439. *Raj. quadr.* 219.
Glis ſupra obſcure cinereus, infra ex albo cineraſcens, macula ad oculos nigra *Briſſ. quadr.* 161.
Sorex plinii. *Geſn. quadr. ic.* 115.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Corpus *ſupra obſcure, ſubtus pallide cinereum.* Macula *nigra circa oculos & alia infra auriculas.* Pedes 4 - 5.

gregarius. 16. M. cauda corpore triplo breviore ſubpiloſa, corpore griſeo ſubtus pedibusque albis.
*Habitat in* Germania, Svecia. *Fodit & ſub terra degit; ſedens edit.*
Corpus *M. Muſculo paulo majus, ſupra griſeum: pilis baſi atris, medio ferrugineis, apice nigris.* Gula, Abdomen & Pedes *albicantia.* Caput *ovatum* *Roſtro obtuſo, Rictu parvo.* Myſtaces *nigræ.* Auriculæ *nudæ, ſubrotundæ, ex vellere prominentes.* Cauda *albido-piloſa, apice nigro-cinerea.* Pedes 4 - 5 *digitis, omnibus unguiculatis. Schreber.*

ſylvaticus. 17. M. cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido. *Faun. ſvec.* 36.
Mus domeſticus medius. *Raj. quadr.* 218.
*Habitat in Hortis & ſylvis* Europæ. *Aſſeres duriſſimos ſæpe uno die perforat.*

ſtriatus. 18. M. cauda mediocri ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corporis ſtriis punctatis.
Mus cauda longa, ſtriis corporis longitudinalibus & punctis albis. *Muſ. Ad. Fr.* 10. *
Mus orientalis. *Seb. muſ.* 2. *p.* 22. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* India.

longipes. 19. M. cauda elongata veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis.
Mus cauda longa veſtita, pedibus poſticis longitudine corporis flavi. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 9. *
*Habitat in torridis regionibus.*
Corpus *magnitudine M. Muſculi, flavum, ſubtus albicans. Collum vix ullum.*

20. M.

Jaculus. 20. M. cauda elongata floccoſa, palmis ſubpentadactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breviſſimis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 9. *
Mus *jaculus* pedibus poſticis longiſſimis, cauda extremo villoſa. *Haſſelq. itin.* 198. *Act. ſtockh.* 1752. *p.* 123. *t.* 4. *f.* 1.
Mus ægyptius. *Haſſelq. act. upſ.* 1750. *p.* 17.
Mus montanus. *Moncon. ægypt.* 288.
Cuniculus pumilio ſaliens, cauda longiſſima. *Act. petrop.* 1760. *v.* 5. *p.* 351. *t.* 9. *f.* 1.
Cuniculus minor caudatus dauricus. *Muſ. petrop.* 1. *p.* 344. *n.* 123.
Cuniculus ſ. Lepus indicus Utias dictus. *Aldr. quadr.* 395. *fig. bon.*
Lepus cauda elongata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 4.
Jerbua. *Shaw. it.* 218, 249. *Hamy. theſ.* 124, 125. *Edw. av. t.* 219.
Gerbo. *Le Brun. it.* 287, *t.* 210.
*Habitat in* Arabia, Calmukia, Ægypto; *plantis tantum incedit, & quieſcit; palmis breviſſimis cibum ori admovet; longiſſimos ſaltus facit.*
*Palmæ ſubpentadactylæ pollice obliterato mutico. Plantæ tridactylæ ſub medio plantæ verruca conica. Mammæ* 8 *remotiſſimæ. Pedes anteriores adeo breves, ut iis non incedat; poſteriores longitudine totius corporis, femoribus, ut in Grallis, denudatis.*

volans. 21. M. cauda elongata villoſa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, hypochondriis extenſis volitans. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 10. *
Sciurus americanus volans. *Raj. quadr.* 215. *Seb. muſ.* 1. *p.* 72. *t.* 44. *f.* 3. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
*Habitat in* Virginia, Mexico; *ſub dio quieſcit mordaciſſimus inter pares.*
Cutis *ab auribus ad brachia & femora & caudam extenſa margine plicato nigro.* Cauda *teres.* Corpus *griſeo-fuſcum, Sciuro minus.* Vibriſſæ 5 *ordinum.* Verruca *ſetis* 5 *ſupra canthum oculi anteriorem.*

## 25. SCIURUS. *Dentes Primores* II: Superiores cuneati; Inferiores compreſſi.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Fn. ſvec.* 37.
Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Syſt. nat.* 6. *p.* 9. *n.* 1.
Sciurus. *Geſn. quadr.* 13. *Aldr. digit.* 398. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Sciurus vulgaris. *Raj. quadr.* 214.
*Habitat in* Europæ *arboribus.*
*Æſtate ruber abdomine albo, hyeme cærulescenti-cinereus. Victitat nucibus, ſtrobilis, baccis &c. manu cibos ori admovet. Superfluum cibum defodit; propagabili natura; Cortice interdum navigat. Nidus globoſus e muſcis. Sedens ſe obumbrat cauda; a Marte prædatur.*
Varietas *cauda pedibus hypochondriisque albis ad Calix Weſtrobothniæ non infrequens.*
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 449.

niger. 2. S. niger. *Catesb. carol.* 2. *p.* 73. *t.* 73.
Sciurus mexicanus. *Hern. mex.* 582.
*Habitat in* America *meridionali*, Mexico.

cinereus. 3. S. virginianus cinereus major. *Raj. quadr.* 215. *Catesb. car.* 2. *p.* 74. *t.* 74. *Kalm. itin.* 2. *p.* 409.
Sciurus cinereus, auriculis ex albo flavicantibus. *Briſſ. quadr.* 153.
*Habitat in* America *ſeptentrionali, ubi Zeam imprimis deſtruit, ideoque cum præmio occidendus.*
*Magnitudo tripla aut quadrupla Sc. vulgaris.*

flavus. 4. S. auriculis ſubrotundis, pedibus pentadactylis, corpore luteo.
Sciurus cauda tereti, pilis brevibus, auriculis ſubrotundis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 281.
*Habitat in* America; Carthagenæ.
*Magnitudine dimidio minor Sc. vulgari, luteus, apicibus pilorum albis. Pollex anticus ſolo fere ungue conſtat.*

palmarum. 5. S. ſubgriſeus ſtriis tribus flavicantibus, caudaque albo nigroque lineata.

Sciu-

Sciurus coloris ex rufo & nigro mixti, lineis in dorſo flavicantibus. *Briſſ. quadr.* 156.
Muſtela africana. *Cluſ. exot.* 112. *Raj. quadr.* 216.
*Habitat in* America, Aſia, Africa.
Cauda *diſticha*, *erecta*, *non obumbrans.* Pedes 4 - 5. Auriculæ *rotundæ.*

getulus. 6. S. fuſcus, ſtriis quatuor albidis longitudinalibus.
Sciurus getulus. *Geſn. quadr.* 112. *Aldr. dig.* 406. *Jonſt. quadr. t.* 67. *Raj. quadr.* 216. *Edw. av.* 198. *t.* 198. *Seb. muſ.* 1. *p.* 76. *t.* 47. *f.* 3. *Briſſ. quadr.* 157.
*Habitat in* Africa.

ſtriatus. 7. S. flavus ſtriis quinque fuſcis longitudinalibus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 8. *
Sciurus minor virgatus. *Act. petrop.* 1760. *v.* 5. *p.* 344. *t.* 9. *f.* 1.
Sciurus ſtriatus. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 75. *t.* 75. *Edw. av.* 181. *t.* 181.
Rœſſelviſsla. *Kalm itin.* 2. *p.* 419.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, Sibiria, *ſub terra, concamerationibus plurimis diſtinctis pro ſingula meſſe.*
*Magnitudine Muris Muſculi vel paulo major.* *Palmæ *tetradactylæ*, plantæ *pentadactylæ.* Corpus *ſtriis, utrinque duabus*, *præter dorſalem.*

Glis. 8. S. canus, ſubtus albidus.
Glis. *Geſn. quadr.* 619. *Dodart. act.* 3. *p.* 40. *t.* 7. *Raj. quadr.* 229.
Mus cauda piloſa, corpore ſupra obſcure cinereo, ſubtus exalbido. *Briſſ. quadr.* 160.
*Habitat in* Europa *auſtrali*; *Victitat glandibus, nucibus, ſeminibus pomorum*; *nidificat in cavis arborum pullis* 9 - 12; *interdiu latet*; *autumno pingueſcit*; *octobri gregatim migrat in latebras ſubterraneas, ibique hybernat in finem Maii*; *Pelles venduntur*; *carnes avide eduntur. D. Scopoli.*
Corpus *ſtatura Muris volantis*, *canum*, *ſubtus albidum.* Cauda *Sciuri vulgaris valde hirſuta, cana.* Genæ *albæ.* Myſtaces *longiores ipſo capite.* Pedes 4 - 5.

æſtuans. 9. S. griſeus, ſubtus flaveſcens.
*Habitat in* Surinamo.
*Magnitudo Muris volantis. Auriculæ ſubrotundæ. Pedes 4 - 5. Cauda longitudine corporis.*

volans. 10. S. hypochondriis prolixis volitans, cauda rotundata. *Faun. ſvec.* 38.
Sciurus volans. *Seb. muſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 3. *Act. angl.* 1733. *p.* 35. *t.* 1. *Cateſb. car.* 2. *p.* 76. & 77. *Briſſ. quadr.* 157. *n.* 12, 13.
Mus ponticus ſ. ſcythicus. *Geſn. quadr.* 743.
Quadrupes volatile ruſſiæ. *Act. petrop.* 5. *p.* 218.
*Habitat in borealibus* Europæ, Aſiæ, Americæ. *Extenſa cute inter brachia & femora volitat, non ſurſum ſ. horizontaliter, ſed oblique deorſum.*

Sagitta. 11. S. hypochondriis prolixis volitans, cauda plano-pinnata lanceolata.
*Habitat in* Java. *Nordgren.*
*Tota ſtatura Sciuri vulgaris, palmum longus præter caudam, ſupra ferrugineo-fuſcus, ſubtus ferrugineo-pallidus.* Caput *ovatum.* Auriculæ *ovatæ, obtuſæ, veſtitæ.* Myſtaces *longitudine capitis.* Seta *una in mala.* Labium ſuperius *fiſſum*; inferius *breve.* Dentes *fuſci, obtuſiuſculi.* Pedes 4 - 5. *Manuum calcar ſetaceus cartilagineus, longitudine ipſius ulnæ intra cutem.* Cutis extenſa *a capite ad carpum; a carpo ad genu in membranam tectam, concolorem, ciliatam.* Femora *poſtice ciliata pilis.* Pedes *ſubteſtacei: digiti omnes ultimo geniculo ſupra prominuli.* Ungues *compreſſi.* Scrotum *ovatum, magnum, veſtitum.* Præputium *elongatum, veſtitum.* Cauda *longitudine corporis, valde depreſſa & pilis lanceolata, obtuſa.*

## 26. NOCTILIO. *Dentes Primores* II: Superiores acuti; Inferiores bilobi. *Nares* prominulæ, cylindricæ, approximatæ.

americanus. 1. N. labio inferiore varicoſo.
Veſpertilio *leporinus*, labio ſuperiore bifido. *Syſt. nat.* 10. *p.* 32. *n.* 5. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 7. *

Ve-

Veſpertilio, cato ſimilis, americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 89. *t.* 55. *f.* 1.

Veſpertilio americanus rufus. *Briſſ. quadr.* 227.

*Habitat in* America, *victitans fructibus arborum.*

*Simillimus Veſpertilionibus, ſimiliter pedibus alatus, ſed Dentes primores utrinque* 2 *approximati, absque laniariis, ſpatio remoti, Labiumque ſuperius fiſſum removent. Labium inferius varicoſum in tres lacunas.*

# V. PECORA.

*Dentes Primores ſuperiores nulli.*
*Inferiores* VI *aut* VIII, *a molaribus remotiſſimi.*
*Pedes ungulati.*
*Mammæ inguinales.*

## 27. CAMELUS.

*Cornua* nulla.
*Dentes Primores* inferiores VI, ſpatiformes.
*Laniarii* diſtantes: ſuperiores III, inferiores II.
*Labium* ſuperius fiſſum.

Dromedarius. 1. C. topho dorſi unico. *Syſt. nat. 6. p.* 13. *n.* 1. *Briſſ. quadr.* 55.
Camelus unico in dorſo gibbo. *Raj. quadr.* 143.
Camelus. *Jonſt. quadr. t.* 41. *Geſn. quadr.* 159. *ic.* 23. *Aldr. biſ.* 908.
Dromedarius. *Aldr. biſulc.* 909. *t.* 908. *Alpin. ægypt.* 2. *p.* 223. *t.* 12.
*Habitat in* Africæ *deſertis arenoſis ſiticuloſis.*
*Callos in pedibus anterioribus* 4, *in poſterioribus* 2, *in ſterno* 1 *gerit. Ventriculus ſecundus celluloſus pro aqua pura diutius aſſervanda per ſiticuloſa deſerta. Onera portat, lente feſtinat, laſſus jacet ſuper pectus.*
Anatome. *Act. petropol.*

bactrianus. 2. C. tophis dorſi duobus. *Syſt. nat. 6. p.* 13. *n.* 2. *Briſſ. quadr.* 53.
Dromedarius. *Jonſt. quadr. t.* 44. *f.* 1.
Camelus. *Geſn. quadr.* 151. *ic.* 22. *Aldr. biſ.* 907. *Alp. ægypt.* 2. *p.* 223. *t.* 13.
*Habitat in* Africa.
*Curſu antecedente celerior, pro magnatibus, rarior. Tophus poſterior longe major, alias præcedenti idem.*

Glama. 3. C. corpore lævi, topho pectorali.
Camelus pilis breviſſimis. *Briſſ. quadr.* 56.
Camelus peruvianus Glama dictus. *Raj. quadr.* 145.
Pelon ichiatl oquitli. *Hern. mex.* 666.
*Habitat in* America *meridionali. Frigoris impatiens. Cicuratur, onera portat, fatigata ſuccumbit, obſtinata compreſſis teſticulis compellitur; vomitu hoſtem pellit; ſæpe Catocho obnoxia.*
Corpus *absque lana pilis brevibus tectum, Topho ſolo pectoris, ſecernente liquorem.*

Pacos. 4. C. tophis nullis, corpore lanato.
Camelus peruvianus laniger Pacos dictus. *Raj. quadr.* 147.
Camelus pilis prolixis toto corpore veſtitus. *Briſſ. quadr.* 57.
Ovis peruana. *Hern. mex.* 663. *Marcgr. braſ.* 244.
Ovis chilenſis. *Jonſt. quadr. t.* 23.
*Habitat in* America *meridionali.*
*Totus ſanguineus, ſubtus albus:* Pedes *didactyli. Prior minime, hic maxime lanatus lana præſtanti, nec oneribus portandis par.*

## 28. MOSCHUS. *Cornua* nulla.
*Dentes Laniarii* ſuperiores ſolitarii exſerti.

moſchiferus. 1. M. folliculo umbilicali.
Animal moſchiferum. *Raj. quadr.* 124. *Calceol. muſ.* 661. *t.* 666. *Act. petrop.* 1758. *v.* 4. *p.* 393.
Capreolus moſchi. *Geſn. quadr.* 695.
Capra moſchus. *Aldr. biſulc.* 743. *Jonſt. quadr.* 55. *t.* 39.
Moſchus. *Schröcke monogr. t.* 44. *Brun. it.* 121. *t.* 121.
*Habitat in* Tataria *verſus Chinam.*
Moſchus *ſubſtantia unctuoſa ambroſiaca e folliculo prope umbilicum.* Feminæ *mammæ* 2. Cauda *manifeſta nulla.*
*Schröckii* Hiſtoria Moſchi. *Wien.* 1682. *quart.*

2. M.

*Pecoribus* ventriculi 4: *Rumen, Reticulum, Omaſum, Abomaſum; ideoque Ruminantia phytiphaga & Sebifera;* ungulata *etiam ſunt, uti Sues, unguibus calcitiformibus propriis geminis, præter poſticas a ſuccenturiatas.* Ægagropila *bir*

Grimmia. 2. M. capite faſciculo tophoſo.
Capra capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos. *Syſt. nat.* 10. *p.* 70.
Capra ſylveſtris africana grimmii. *Raj. quadr.* 80.
*Habitat in* Africa.
*Cornua huic nulla nota, ideo referenda ad Moſchum cum Briſſ.* 97.

Pygmæus. 3. M. pedibus humano digito anguſtioribus.
Capra cornibus teretibus conicis obtuſis curvis, latere anteriore rugoſo. *Syſt. nat.* 10. *p.* 69.
Capra pedibus digito humano anguſtioribus. *Syſt. nat. prior.*
Cervus puſillus guineenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 10. *t.* 43. *f.* 1, 2, 3.
*Habitat in* Aſia, Guinea.
Cornua, *quæ pro hujus venditantur, ſi erronea, forte ſpecies Moſchi erit ſecundum Briſſonum.*

## 29. CERVUS. *Cornua* ſolida, tenera, corio hirto tecta apiceque creſcentia, denudata, annua.
*Dentes Primores* inferiores VIII.
*Laniarii* nulli (interdum ſolitarii ſuperius.)

Camelo-pardalis. 1. C. cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis.
Camelo-pardalis. *Bellon. itin.* 119. *Aldr. biſulc.* 927. *t.* 931. *Raj. quadr.* 90. *Haſſelqv. act. upſ.* 1750. *p.* 15. *itin.* 203.
Giraffa. *Briſſ. quadr.* 61.
*Habitat in* Æthiopia & Sennar. *Pronus cubat more Cameli; Gramen depaſcitur divaricatis pedibus anticis, ſed arborum imprimis veſcitur foliis.*
*Animal etiamnum obſcurum, adſperſum maculis albis, ut Cervi juniores.*

Alces. 2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Fn. ſvec.* 39.

Alce.

---

*frequens a pilis deglutitis. Horum dentata dentibus laniariis carent cornibus, & cornuta carent laniariis, at mihi cranium Capreoli cornutum cum laniariis.*

Alce. *Geſn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. biſulc.* 836. *Jonſt. quadr. t.* 30. *Bonann. muſ. t.* 295. *Olear. muſ. t.* 9. *f.* 2. *Raj. quadr.* 86.
*Habitat in borealibus* Europæ, Americæ, Aſiæque *Populetis.*
*Ungula ferit; 50 milliaria de die percurrit; corium globum plumbeum fere eludit.*
*Leopold J. F. Diſſert. de Alce. Baſel* 1700. 4.

Elaphus. 3. C. cornibus ramoſis totis teretibus recurvatis. *Faun. ſvec.* 40.
Cervus. *Geſn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. biſulc.* 744. *Jonſt. quadr. t.* 31. *Raj. quadr.* 84.
*Habitat in* Europa, Aſia.
*Ætas Bovis tantum; fabula eſt longævitatis Cervi. Cyſtide fellea caret Cervi genus.*
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 448.
*Graba Eleographia. Jen.*1668. 8. *Agricola J. G. Cervi natura. Amberg.* 1617. 4.

Tarandus. 4. C. cornibus ramoſis recurvatis teretibus: ſummitatibus palmatis. *Faun. ſvec.* 41. *Amoen. acad.* 4. *p.* 144. *t.* . ***
Rangifer. *Geſn. quadr.* 141. *Olear. muſ.* 16. *t.* 10. *f.* 3. *Raj. quadr.* 88.
Tarandus. *Aldr. biſulc.* 859. *t.* 861.
Capra grœnlandica. *Raj. quadr.* 90. *Edw. av.* 1. *t.* 51.
*Habitat in Alpibus* Europæ, Aſiæ, Americæ, *maxime ſeptentrionalibus; victitat Lichene rangiferino. Uterque ſexus cornutus eſt, ut in Camelopardale, ramo infimo etiam palmato; caſtratus quotannis cornua deponit. Culex pipiens, Oeſtrus Tarandi, Tabanus Tarandi ad alpes cogunt, crepitantibus ungulis. Pecora Lapponum caſeoſa ruminantia absque domo. Ætas XVI annorum; Cervi longævitas itaque falſa.*
Corpus *magnitudine Damæ, fuſco-caneſcens, at album ſubtus, uti cauda & perinæum. Pili in corpore maxime approximati.* Mammæ 6, *quarum duæ poſticæ ſpuriæ.*
Anatome. *Bartholin. act.* 1671. *n.* 135.

Dama. 5. C. cornibus ramoſis recurvatis compreſſis: ſummitate palmata. *Fn. ſvec.* 42.

Dama

Cervi *pedibus anterioribus calcitrant; ſylvis delectantur.*

Dama. *Bell. itin.* 57. *Geſn. quadr.* 84. *Aldr. biſulc.* 741. *Jonſt. quadr.* 82.
Cervus platyceros. *Raj. quadr.* 85.
*Habitat in* Europa.
*Arcetur filo horizontali. It. gotl.* 335.

Capreolus. 6. C. cornibus ramoſis teretibus erectis; ſummitate bifida. *Fn. ſvec.* 43.
Capra, Capreolus, Dorcas. *Geſn. quadr.* 64. *Jonſt. quadr.* 33. *t.* 33.
Caprea plinii, Capreolus. *Aldr. biſulc.* 738. *Raj. quadr.* 89.
*Habitat in* Europa, Aſia.
*Confr.* Mazame. *Hernand. mex.* 324. Cuguacu-ete. *Marcgr. braſ.* 235.

guineenſis. 7. C. griſeus ſubtus nigricans. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 12.
*Habitat in* Guinea.
*Cornua non vidi, tamen hujus generis videtur ex habitu.*

## 30. CAPRA. *Cornua* concava, ſurſum verſa, erecta, ſcabra.
## *Dentes Primores* inferiores VIII.
## *Laniarii* nulli.

Hircus. 1. C. cornibus carinatis arcuatis, gula barbata. *Faun. ſvec.* 44.
Capra. *Geſn. quadr.* 242. *Aldr. biſulc.* 635. *Jonſt. quadr.* 47. *Raj. quadr.* 77.
β. Capra angorenſis. *Tournef. it.* 2. *p.* 185. *t.* 185. *Briſſ. quadr.* 64. *Haſſelq. iter.* 206. *Olear. muſ. t.* 10. *f.* 2.
*Habitat in* Oriente *in montoſis Hircus & Capra cum Hædo, victitans ramulis variis frondibusque arborum, Lichenibus; hoſpitatur in Europa.*
*Pecus inſidum, bellicoſum, ſaliens, ſalax, hircum olens, decorticans; corio tenaci indutum, lana caprina tectum, aruncо barbatum, caſeoſum; Pedum caſtratio ſingularis. Edit etiam Cicutam.*

C. An-

---

Angorenſia *animalia: Capra, Ovis, Felis, Lepus, cur* lanata *pilis longioribus, tenerioribus, mollioribus?*

C. Angorenſis *Lana ad pedes usque dependet nivea, ſericum provocante camelina dicta. Cornua torta, ad latera protracta, ut Ovis hiſpanicæ. Auriculæ planæ lanceolatæ declinatæ, nec erectæ canaliculatæ.*

Ibex. 2. C. cornibus ſupra nodoſis in dorſum reclinatis, gula barbata.
Ibex. *Geſn. quadr.* 331. *t.* 1099. *Aldr. biſulc.* 732. *Jonſt. quadr. t.* 28. *Olear. muſ. t.* 10. *f.* 1. *Raj. quadr.* 77. *Wagn. helv.* 176.
Hircus ferus. *Bell. obſ.* 20.
*Habitat in* Walleſiæ *præruptis inacceſſis; in* Creta.
*Cornibus vaſtis reclinatis, corpore fulvo, arunco nigro.*

mambrica. 3. C. cornibus reclinatis, auribus pendulis, gula barbata.
Capra mambrina ſ. ſyriaca. *Geſn. quadr.* 153. *Alp. ægypt.* 229. *Raj. quadr.* 81. *Ruſſel. alepp.* 52. *t.* 52. *bona.*
*Habitat in* India.
*Cornua vix collo longiora.*

Rupicapra. 4. C. cornibus erectis uncinatis.
Rupicapra. *Bell. itin.* 57. 126. *Olear. muſ. t.* 9. *f.* 3. *Geſn. quadr.* 140. *Aldr. biſulc.* 727. *Dodart. act.* 225. *Scheuchz. alp.* 155. *Wagn. helv.* 183. *Raj. quadr.* 78.
*Habitat in alpibus* Helveticis *ſummis inacceſſis.*
Corpus *rufo-fuſcum, ſed album fronte, vertice, gula, auribus intus. Cauda etiam ſubtus nigricans. Labium ſuperius ſubfiſſum.*
Ægagropila *hujus a radice Athamantæ Mei. Kram. auſtr.* 320.

depreſſa. 5. C. cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus, gula barbata.
*Habitat in* America.
Magnitudo *hædi Hirci.* Pili *longi, penduli.* Cornua *lunata, craſſa, vix digitum longa, cranio adpreſſa ut fere cutem perforent.*

reverſa. 6. C. cornibus erectis apice recurvis.
*Habitat in* America.

Magni-

Capræ *cornibus digladiant, montoſa amant.*

Magnitudo *hædi Hirci unius anni.* Pili *breves, cervini.* Cornua *vix digitum longa, antrorſum recurvata apice. Hæc cum præcedenti coibat & pullum non diu ſuperſtitem in vivario Cliffortiano producebat. Facies utriusque adeo aliena, ut vix ſpeciem eandem, ſed diverſiſſimam, argueret.*

Gazella. 7. C. cornibus teretibus rectiſſimis longiſſimis: baſi annulatis. *Syſt. nat.* 6. *p.* 14. *n.* 8. *Houtt. nat.* 3. *p.* 197. *t.* 24. *f.* 1. *Briſſ. quadr.* 67.
Gazella indica, cornibus rectis longiſſimis nigris, prope caput tantum annulatis. *Raj. quadr.* 79.
Gazella. *Alp. ægypt.* 232. *t.* 14. *f.* 1.
Elan. *Kolb. cap.* 3. *p.* 32. *f.* 34.
*Habitat in* India.

Cervicapra. 8. C. cornibus teretibus dimidiato-annulatis flexuoſis contortis. *Syſt. nat.* 6. *p.* 14. *n.* 7. *Houtt. nat.* 3. *p.* 206. *t.* 24. *f.* 2. *Briſſ. quadr.* 68. *n.* 8.
Gazella. *Dodart. act.* 3. *p.* 1. *p.* 95. *t.* 11. *bona.*
Strepſiceros. *Geſn. quadr.* 323. *Aldr. biſulc.* 740. *Jonſt. quadr. t.* 24. *Raj. quadr.* 79.
*Habitat in* India.
*Pili circum cornua longiores.*

bezoartica. 9. C. cornibus teretibus arcuatis totis annulatis, gula barbata.
Hircus cornibus teretibus arcuatis, ab imo ad ſummum fere annulatis. *Briſſ. quadr.* 69. *n.* 10.
Hircus bezoarticus. *Aldr. biſulc.* 756. *Raj. quadr.* 80.
Capri-Cerva. *Kæmpf. amoen.* 398. *t.* 407. *f.* 2.
*Habitat in* Perſia. *Profert ſæpe in ventriculo abomaſo Bezoar orientale.*

Dorcas. 10. C. cornibus teretibus perfecte annulatis recurvatis contortis. *Syſt. nat.* 6. *p.* 14. *n.* 9. *Houtt. nat.* 3. *p.* 213. *t.* 24. *f.* 3.
Gazella africana, cornibus brevioribus, ab imo ad ſummum fere annulatis, & circa medium inflexis. *Raj. quadr.* 80.
Algazel ex africa. *Hern. mex.* 893.
*Habitat in* Africa, Mexico.
*Cornua e fronte inter oculos, apice arcuata.*

11. C.

tatarica. 11. C. cornibus teretibus rectiuſculis perfecte annulatis apice diaphanis, gula imberbi.
Ibex imberbis. *Act. petrop.* 5. *p.* 345. & 7. *p.* 39. *t.* 19.
*Habitat in ſumma* Aſia.
*Femina incornis.*

Ammon. 12. C. cornibus arcuatis ſemicircularibus ſubtus planiuſculis, palearibus laxis piloſis, gula imberbi.
Rupicapra cornibus arietis. *Act. petrop.* 1758. *v.* 4. *p.* 388. *t.* 8. *f.* 2, 3.
Capra Ammon. *Gmel. it.* 368.
Tragelaphus & Muſimon. *Geſn. quadr.* 155. *Bell. it.* 57.
*Habitat in* Sibiria. *Gmelin.*
Corpus *ſtatura & magnitudine Arietis, pilis fulvis longioribus. Albida ſunt cornua, os, abdomen, ſub cauda; Nigra ſunt cauda, nares. Collum & thorax barbata. Briſſ.* 71.

## 31. OVIS. *Cornua* concava, retrorſum verſa, intorta, rugoſa.
## *Dentes Primores* inferiores VIII.
## *Laniarii* nulli.

Aries. 1. O. cornibus compreſſis lunatis. *Fn. ſvec.* 45. *Amœn. acad.* 4. *p.* 169. * * *
Ovis. *Geſn. quadr.* 138. *Aldr. biſulc.* 370. *Jonſt. quadr. t.* 22. *f.* 1, 2, 3. *Raj. quadr.* 73.
*ruſtica.* β. *cornuta.*
*anglica.* α. *mutica, cauda ſcrotoque ad genua uſque pendulis.*
*hiſpanica.* γ. *cornuta, cornuum ſpira extrorſum tracta.*
*polycerat.* δ. Polycerata e *gotlandia* 248. *Aldr. biſulc.* 397.
*africana.* ε. africana. *Raj.* 75. *pro lana pilis brevibus hirta.*
*laticaudata.* ζ. arabica *platyura. Ruſſ. alepp.* 51. *t.* 52.
*Habitat in ſiccis apricis calidis* Africæ; *hoſpitatur in Europa. Ovis cum Ariete Vervece Agnoque edit imprimis Feſtucam ovinam, in arvis Burſam paſtoris, læditur a Pruno ſpinoſa, Equiſeto, Flammula, Antherico, Kalmia, Myoſotide aquatica, Anemone nemoroſa. Parum bibit; ab aqua ſtagnante Faſciola hepa-*



Oves *cornibus arietant, aprica ſiticuloſa amant.*

*hepatica, præcavetur muria; mutat ætate dentes; fert Lanam; lætificat paſcua; timida minatur hoſtem calcando mingendoque, pellit arietando. Mas unus ſufficit 20 feminis, gravidis 150 diebus. Opilio pera pedoque inſtructus & cane, e caula minus clauſa educat balantes greges in campos ſiticuloſos, apricos. Infeſtatur Hippoboſca ovina, Pediculo ovis, Oeſtro ovis, Acaro Ricino; Laborat Vertigine, Hydrope, Phthiſi, Ictero, Hepatitide.*

guineenſis. 2. O. auribus pendulis, palearibus laxis piloſis, occipite prominente.
Aries guineenſis ſ. angolenſis. *Marcgr. braſ.* 234. *Raj. quadr.* 75.
*Habitat in* Guinea.
Cornua *parva, deorſum usque ad oculos torta.* Juba *ſub collo pendula.* Pili *breves, hircini.*

Strepſiceros. 3. O. cornibus rectis carinatis flexuoſo-ſpiralibus.
Strepſiceros cretenſis. *Bellon. itin.* 20. *Geſn. ic.* 37. *Aldr. biſulc.* 407. *Raj. quadr.* 75.
Ovis africana. *Houtt. nat.* 3. *p.* 267. *t.* 267.
Ovis cretenſis. *Jonſt. quadr. t.* 45.
Hircus laniger, cornibus teretibus erectis, ab imo ad ſummum ſpiraliter intortis. *Briſſ. quadr.* 45.
*Habitat in* Ida *monte, in* Hungaria *colitur.*

## 32. BOS. *Cornua* concava, antrorſum verſa, lunata, lævia.
## *Dentes Primores* inferiores VIII.
## *Laniarii* nulli.

Taurus. 1. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, palearibus laxis. *Fn. ſvec.* 46.
*α.* Bos. *Geſn. quadr.* 25. *Aldr. biſulc.* 13. *t.* 36. *Jonſt. quadr. t.* 14. *Raj. quadr.* 70.
*β.* Urus. *Cæſar. bell. gall. VI. c.* 5.
*Habitat in* Poloniæ *depreſſis graminoſis ferus Urus; hoſpitatur ubique.*
*Mugiens boansque Bos: Tauro, Vacca, Vitulo, homini utiliſſimus pro agris lætificandis, colendis ſub jugo;*

Boves *cornu feriunt, paſcua depreſſa amant.*

*go; pollet carne, lacte, caſeo, butyro, ſebo, corio; infeſtatur Oeſtris bovis, Tabanis, Conope calcitrante, Pediculis; læditur a Cicuta, Aconito, Anemone. Vitulus tendinoſus brevioris ævi ſingularis.*

Bonaſus. 2. B. cornibus in ſe flexis, juba longiſſima.
Bonaſus. *Geſn. quadr.* 145. *Aldr. biſulc.* 361. *Jonſt. quadr. t.* 18. *f.* 1. *Raj. quadr.* 71.
*Habitat in* Africa, Aſia.
*Defendit ſe ſtercore, ad aliquot paſſus dejecto, comburente.*

Biſon. 3. B. cornibus divaricatis, juba longiſſima, dorſo gibboſo.
Biſon. *Raj. quadr.* 71. *Geſn. quadr.* 296. *Jonſt. quadr. t.* 17. *f.* 2.
β. Biſon americanus. *Catesb. carol.* 3. *p.* 20.
Taurus mexicanus. *Hern. mex.* 587. *Geſn. quadr.* 301.
*Habitat in* Mexico, Florida.
Collum & Pectus *undique urſi inſtar hirſuta.*

grunniens. 4. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, vellere propendente, cauda undique jubata.
Vacca villoſa. *Brun. it.* 120 *t.* 120.
Vacca grunniens villoſa, cauda equina. *Act. petrop.* 176. *v.* 5. *p.* 339. *t.* 7.
*Habitat in* Aſia *boreali.*
Corpus *hirci inſtar totum hirtum pilis ad genua usque propendentibus, nigrum, at album fronte, ſpina dorſi, cauda, pedibus poſterioribus.*

Bubalis. 5. B. cornibus reſupinatis intortis antice planis.
Bubalus. *Raj. quadr.* 72. *Geſn. quadr.* 58. *Aldr. biſulc. l.* 1. *c.* 6.
*Habitat in* Aſia, *cultus in* Italia.
Lana *durinſcula in dorſo, ceterum pili rari. Regitur annulo narium; trahit currus; oryzam colit; caſeum di cavallo præbet.*

indicus. 6. B. cornibus aure brevioribus, dorſo gibbo, juba nulla. †
Bubalus parvus indicus. *Edw. av.* 200. *t.* 200.
β. Bubalus africanus. *Bell. it* 119. *Geſn. quadr.* 33. *Aldr. biſulc.* 364. *Jonſt. quadr. t.* 18.
*Habitat in* China.
*Varietas* β *videtur eadem ſpecies.*

# VI. BELLUÆ.

*Dentes Primores obtuſe truncati.*
*Pedes ungulati.*

33. EQVUS. *Dentes Primores* Superiores VI erecto-paralleli.
Inferiores VI prominentiores.
*Laniarii* ſolitarii, incluſi, utrinque remoti.
*Pedes* ungula indiviſa.

Caballus. 1. E. cauda undique ſetoſa. *Fn. ſvec.* 47.
Eqvus. *Geſn. quadr.* 132. *Aldr. ungv.* 12. *Jonſt. quadr.* 1. *t.* 1, 2, 3, 4. *Raj. quadr.* 62.
*Habitat in* Europa & Oriente; *hoſpitatur extra Tropicos.*
*Animal generoſum, ſuperbum, fortisſimum in currendo, portando, trahendo, aptiſſimum equitando, curſu furens; ſylvis delectatur; poſteriora curat; cauda Conopes Tabanosque abigit; alterum ſcalpit; pullum injuriæ obnoxium reponit; hinnitu ſocium vocat; dormit poſt noctem; calcitrando pugnat; ſudans ſe volutat; vegetabilia edit Bove propius, ſemina disſeminat; ſtercus incaleſcit; cyſtide fellea caret; non vomit; Eqvuleus Hippomane natus pedibus elongatis; læditur globulo auris, acicula pedis, naſi capiſtro, dentibus ſebo illitis, Padi herba, Phellandrii, Curculione, Conope irritante. Laborat hernia mediaſtini, polypo cordis, orthopnoea, Oeſtro Bovis, naſali, hæmorrhoidali, ſcabie, tartaroque pedum, Bubone colli; Hippocomia inſtruitur. Edit impune Aconitum. Utero gerit* 290 *diebus, placenta non fixa. Laniarios dentes quinto anno acquirit.*

Aſinus. 2. E. cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 35.

Aſi-

---

Equi *pedibus poſticis calcitrant; mares mammas non habent.*

Aſinus. *Geſn. quadr.* 40. *Aldr. ungv.* 295. *Jonſt. quadr.* 12. *t.* 6. *Raj. quadr.* 63.
Onager. *Raj. quadr.* 63. *ſylveſtris eſt.*
β. Mulus. *Raj. quadr.* 64. *ab Equa & Aſino; ſterilis.*
γ. Hinnus. *Raj. quadr.* 64. *ab Aſina & Equo; ſterilis.*
*Habitat in* oriente, *frigoris impatiens. Victitat ſpinis; tardus, ſtupidus, rudens, libidinoſus.* Auriculæ *magnæ flaccidæ.* Juba *brevis.* Color *cinereus linea dorſali nigra ut & transverſali ſcapularum.*

Zebra. 3. E. faſciis fuſcis verſicolor.
Zebra. *Edw. av. t.* 222, 223. *Raj. quadr.* 69. *Jonſt. quadr. t.* 5. *f.* 1. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 8.
*Habitat in* India, Africa.
Color *albidus ſeu ruſeſcens faſciis nigris digitos tres latis per totum corpus transverſis.* Cauda *Aſini.* Auriculæ *erectæ.* Juba *colli brevis, faſtigiata.*

## 34. HIPPOPOTAMUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, per paria remoti.
Inferiores IV, prominentes: intermediis longioribus.
*Laniarii* ſolitarii, oblique truncati.
*Pedes* margine ungviculati.

amphibius. 1. H. pedibus quadrilobis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 74. *Houtt. nat.* 3. *p.* 405. *t.* 28.
Hippopotamus. *Bell. aquat.* 28. *t.* 30. *Aldr. digit.* 183, 184. *Grew. muſ. t.* 1. *f.* 5. *Alp. ægypt.* 245. *t.* 22, 23, 24, 25. *Matthiol. dioſc.* 2. *c.* 22. *Raj. quadr.* 123. *Jonſt. quadr. t.* 49. *Columm. aquat.* 28. *t.* 30. *Briſſ. quadr.* 122.
*Habitat in* Nilo & Bambolo Africæ *& ad oſtia fluviorum* Aſiæ, *amphibius, obambulans ſub aqua, ut ſola ſenſus organa emineant: Nares, Oculi, Aures; pabulatur non natans, tam in fundo, quam noctu*

*in ſicco; Oryzæ & Colocaſiæ damnum infert; Lupino occiditur; humiles aggeres non tranſcendit; Behemoth Jobi. Crocodili hoſtis.*

Corpus *Suis, nudum præter vibriſſas, magnitudine Elephantis.* Mandibula *ſuperior mobilis; dentes duritie ſcintillantes.* Pedes *tetradactyli ungulati.* Mammæ 2 *inguinales.*

35. SUS. *Dentes Primores* Superiores IV, convergentes.
Inferiores VI prominentes.
*Laniarii* Superiores II breviores.
—— Inferiores I exſerti.
*Roſtrum* truncatum, prominens, mobile.

Scrofa. 1. S. dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa. *Fn. ſvec.* 21. *Amoen. acad.* 5. *p.* 461. ***

Aper. *Geſn. quadr.* 146. *Aldr. biſulc.* 1013. *Jonſt. quadr.* 74 *Raj. quadr.* 96.

*β.* Sus. *Geſn. quadr.* 872. *Aldr. biſulc.* 937. *Jonſt. quadr. t.* 47. *Raj. quadr.* 92.

*γ.* Sus chinenſis. *It. wgoth.* 62. *It. ſcan.* 72.

*Habitat in* Europa *auſtraliore, hoſpitatur ubique.*

Aper *vix differt a Sue domeſtico, niſi quod nigrocaneſcens lanam inter ſetas non habeat, quodque auriculæ ſint ſubrotundæ.*

Chinenſis *dorſo ſubnudo, abdomine ad terram usque dependente, differt, mundum magis animal.*

Varietas *frequens Upſaliæ Suis domeſtici ſemper monunguli, in ceteris eadem ſpecies.*

Animal *odore pollens, naribus fodiens terram; tendinibus truncandis; quisquilias, ſtercus, ſucculenta, radices variaque ſpurcata vorans; multa ſeligens; pinguiſſimum, ſtupidum, ſomnolentum, tempeſtatum prænuncium & impatiens; apricatur in ſole, in cœno ſe volutat, immundum, grunniens, accurrit clamanti affini adverſus hoſtem ſpumante ore dentibusque immane, Crotalis infeſtum; tardum venere: pene laxo longo; mammis numeroſisſimis* 10, *prole innu-*

---

Sues *fodiunt naribus, orbiculo tendinibus affixo, radicesque evellunt.*

*innumera; laborat pediculis, ſcabie, ſcrophulis; pipere occiditur. Ganeæ numeroſa materies, Athletis & exercitatis ſalubris, non vero cinchonæ criticis; ſaccharo ſ. ficu imprimis altilis laudatur: inde Laridum, Pernæ, Sincipitia, Trunculi, Coſtæ, Sumina, Vulvæ, Iſicia, Botuli, Tomacula, Juſcula; at ſtercus in fluxu ſanguineo valet.*

Porcus. 2. S. dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, umbilico cyſtifero.
Porcus guineenſis. *Marcgr. braſ.* 230. *Jonſt. quadr.* 46. *Raj. quadr.* 96.
*Habitat in* Africa.
*Affinis priori.* Corpus *rufum.* Auriculæ *acuminatiſſimæ.* Cauda *nuda, ad talos usque propendens.* Vellus *ſetis caret, niſi ſupra clunes.*

Tajacu. 3. S. dorſo cyſtifero, cauda nulla.
Sus umbilicum in dorſo habens. *Aldr. biſulc.* 939.
Porcus americanus. *Seb. muſ.* 1. *t.* 111. *f.* 4.
Tajacu. *Piſ. ind.* 98.
Tajacu ſ. Aper mexicanus moſchiferus. *Tyſon. act. n.* 153. *Raj. quadr.* 97.
Caaigoara. *Marcgr. braſ.* 229. *Barth. cent.* 3. *n.* 44.
Quauhtla coymatl, Quapizotl. *Hern. mex.* 637. *t.* 637.
*Habitat in* Mexici, Panamæ, Braſiliæ *montibus, ſylvis; edit Ranas, Serpentes.*
Corpus *cinereum*; faſcia *flava circum humeros*; crux *nigra ſupra naſum.* Pedes *nigri: macula alba ſupra genua antica.* Setæ *rigidulæ in toto corpore: faſtigiatæ nigræ inter breves aures, nec in dorſo.* Protuberantia *ad latera oris & ſupra naſum.* Glandula *ſecretoria ſupra clunes, ſecernens odoratum liquorem ingratum ambroſiacum. D. Z. Hallman.* Dentes primores *ſuperiores* 4; *inferiores* 6.

Hydrochæris. 4. S. plantis tridactylis, cauda nulla.
Capybara. *Marcgr. braſ.* 230. *Raj. quadr.* 126. *an?* (*pullum tantum vidi.*)
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *rufum, ſetis apice nigris.* Aures *obtuſæ, non parvæ.* Folliculus *excretorius pone, ſed juxta umbilicum,* & Porus *excretorius ſupra clunes.* Pedes *poſtici ungula ſuccenturiata tantum unica ſ. interiore, deficiente exteriore.*

Babyruſſa. 5. S. dentibus duobus caninis fronti innatis.
Babyrouſſa. *Bont. jav.* 61. *Barthol. cent.* 2. *obſ.* 96. *Grew. muſ. t.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 80. *t.* 50. *f.* 2. *Raj. quadr.* 96.
*Habitat in* Borneo *Indiæ orientalis.*
Magnitudine *Cervi.* Dentes *Laniarii ſuperiores II, perforantes cranium fronti, recurvati ut 2 cornua; inferiores utrinque ſolitarii, magni, adſtant prioribus, minus recurvi. Primores ſuperiores* 4; *inferiores* 6. *Molares* 5.

## 36. RHINOCEROS. *Dentes primores* utrinque II, remotiſſimi, obtuſi. *Cornu* ſolidum, conicum, naſo inſidens.

unicornis. 1. Rhinoceros. *Geſn. quadr.* 842. *Aldr. biſulc.* 878. *Jonſt. quadr.* 98. *t.* 38. *Bont. jav.* 50. *t.* 51. *Bergen. orat.* 1746. *t.* 1. *Raj. quadr.* 122. *Edw. av. t.* 221. *f.* 2.

*bicornis.* β. R. cornibus duobus. *Syſt. nat.* 10. *p.* 56. *n.* 2.
*Habitat in* Africa, India, *victitans vepretibus, ſpinis, in cœno ſe volutans, mitis niſi laceſſetur, irritatus cum fragore arbores proſternit, lambendo trucidat. Quantus erat cornu cui pila Taurus erat. Martialis.*
Statura & *magnitudo Elephantis, ſed pedibus brevioribus.* Cutis *nuda pilis, niſi cauda & auriculis,* *Suturæ ſ. Rugæ transverſales: α. Capitis poſtica; β. Scapularis; γ. Abdominalis ante femora; δ. Femoralis trans femora.* Ungulæ *tres.* Cauda *attenuata, pedibus brevior.*

VII. CE-

# VII. CETE.

*Spiracula ſupra Caput.*
*Pinnæ Pectorales caudalisque horizontalis absque unguibus.*

37. MONODON. *Dentes* duo in maxilla ſuperiore exſerti, prælongi, recti, ſpirales.
*Fiſtula* in vertice.

Monoceros. 1. MONODON. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Fn. ſvec.* 48.
Monoceros piſcis. *Will. icht.* 42. *Raj. piſc.* 11.
Unicornu marinum. *Tulp. obſ.* 375. *Worm. muſ.* 283. *t.* 284.*
*Habitat in Oceano ſeptentrionali* Americæ, Europæ.
*Cornu Monocerotis ſpirale hujus Dens eſt: dentes tales 2 in junioribus, labium ſuperius perforantes. Pinnæ 2: dorſalis nulla.*

38. BALÆNA. *Dentium* loco in maxilla ſuperiore laminæ corneæ.
*Fiſtula* duplex.

Myſticetus. 1. B. naribus flexuoſis in medio capite, dorſo impinni. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Faun. ſvec.* 49. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 51.
Balæna dorſo impinni, fiſtula in medio capite, dorſo caudam verſus carinato. *Gron. zooph.* 139.
Balæna bipinnis, dorſo lævi nigricante, ventre albo. *Briſſ. cet.* 347.
Balæna. *Will. icht.* 35.
Balæna vulgo ſ. Muſculus. *Rond. piſc.* 475.
Balæna vulgo ſ. Myſticetus ariſtotelis. *Geſn. piſc.* 114.
Balæna vulgaris edentula, dorſo non pinnato. *Raj. piſc.* 6.



* Cetis *quibusdam pinna dorſalis, omnibus pinna caudæ & pectorales; nullis P. ani, aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.*

Balæna ſpitzbergenſis. *Mart. ſpitzb.* 98. *t. Q. f. a. b.*
*Habitat in Oceano* Grœnlandico.
*Maximus omnium animalium: ſæpe* 100 *pedum; victitat Meduſis.* Caput *grande, maxilla inferiore multo latiore.* Dorſum *impinne,* adipoſa *nulla.* Fiſtula *nulla, ſed 2 foramina flexuoſa.* Aures *infra oculos.* Mammæ 2 *abdominales ante vulvam.* Maxilloſi Dentes *flexiles fiſſileſque uſuales. Pinguedo copioſiſſima, ut ex unico ſæpe oneretur navis.*

Phyſalus. 2. B. fiſtula duplici in medio capite, dorſo extremo pinna adipoſa. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107. *fn. ſvec.* 50.
Balæna tripinnis, ventre lævi. *Briſſ. cet.* 352.
Balæna edentula, corpore ſtrictiore, dorſo pinnato. *Raj. piſc.* 9.
Phyſalis bellua ſ. Phyſeter. *Geſn. piſc.* 723.
Phyſeter. *Rond. piſc.* 485. *Wil. icht.* 41.
Finfiſch. *Martens. ſpitzb.* 125. *t. Q. f. c.*
*Habitat in Oceano* Europæo, Americano; *veſcitur Clupeis, Scombris.*

Boops. 3. B. fiſtula duplici in roſtro, dorſo extremo protuberantia cornea. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107.
Balæna tripinnis, ventre rugoſo, roſtro acuto. *Briſſ. cet.* 355.
Balæna tripinnis nares habens cum roſtro acuto & plicis in ventre. *Raj. piſc.* 16.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali.*
*Abdomen rugis longitudinalibus.*

Muſculus. 4. B. fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 107. *ſpec.* 106. †
Balæna tripinnis, ventre rugoſo, roſtro rotundo. *Briſſ. cet.* 353.
Balæna tripinnis, maxillam inferiorem rotundam & ſuperiore multo latiorem habens. *Raj. piſc.* 17.
*Habitat in mari* Scotico; *veſcitur Clupeis.*
Abdomen *rugis plurimis.* Dorſum *pinna adipoſa.*

39. PHY-

## 39. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore. *Fiſtula* in capite ſ. fronte.

Catodon. 1. P. dorſo impinni, fiſtula in roſtro.
Catodon fiſtula in roſtro. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108.
Cetus bipinnis, fiſtula in roſtro. *Briſſ. cet.* 361.
Balæna minor in inferiore maxilla tantum dentata, ſine pinna aut ſpina in dorſo. *Raj. piſc.* 15.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali.*

macrocephalus. 2. P. dorſo impinni, fiſtula in cervice.
Catodon fiſtula in cervice. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Faun. ſvec.* 53.
Cetus bipinnis ſupra niger, infra albicans, fiſtula in cervice, dorſo lævi. *Briſſ. cet.* 357.
Cete. *Cluſ. exot.* 131.
Cete Cluſio deſcriptum. *Will. icht.* 41.
Balæna major in inferiore tantum maxilla dentata macrocephala bipinnis. *Raj. piſc.* 15: 11.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Longitudo ſæpe ſexaginta pedum. Dentes 46 inferioris maxillæ.*
*Sperma Ceti e ventriculis cerebri.*

microps. 3. P. dorſo pinna longa, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104.
Cetus tripinnis, dentibus acutis arcuatis falciformibus. *Briſſ. cet.* 363.
Balæna major inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam ſ. ſpinam in dorſo habens. *Raj. piſc.* 15.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali, exagitat ſæpe Phocænas usque in ipſam terram.*
*Fiſtula ſupra roſtrum medium. Pinna dorſi longa acuta.*

Turſio. 4. B. dorſi pinna altiſſima, apice dentium plano. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104.
Balæna macrocephala tripinnis, quæ in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos & in planum deſinentes. *Raj. piſc.* 16.
Cetus tripinnis, dentibus in planum deſinentibus. *Briſſ. cet.* 364.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali.*

40. DEL-

## 40. DELPHINUS. *Dentes* in maxilla utraque. *Fiſtula* in capite.

Phocœna. 1. D. corpore ſubconiformi, dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *Art. gen.* 75. *ſyn.* 104. *Faun. ſuec.* 51.
Phocœna ſ. Turſio. *Bell. piſc.* 16. *Geſn. piſc.* 711.
Phocœna. *Rond. piſc.* 473. *Will. icht.* 31. *Raj. piſc.* 13.
Niſen. *Gunner. act. nidroſ.* 2. *p.* 258. *t.* 4.
*Habitat in Oceano* Europæo *&* *mari* Balthico.
Corpus *ſupra nigro-cæruleſcens*; *ſubtus album*. Caput *obtuſiuſculum*. Foraminulum *pone oculos*. Spiraculum *lunatum*, *ſinu antrorſum verſo, inter oculos*. Dentes *utrinque* 46. *Foramen penis intermedium pone umbilicum ſ. ſub pinna dorſali. Foramen* ani *medio loco inter penem & caudam pinnatam.*

Delphis. 2. D. corpore oblongo ſubtereti, roſtro attenuato acuto. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 105.
Delphinus. *Bell. piſc.* 9. *Rond. piſc.* 459.
Delphinus antiquorum. *Raj. piſc.* 12. *Will. piſc.* 28.
*Habitat in Oceano* Europæo, *adhærens ſæpe Balænis, ut exſiliant. Strom.* 309.
*Roſtrum ſupra cinctum faſcia lata transverſa. Dentes ſubulati.*

Orca. 3. D. roſtro furſum repando, dentibus latis ſerratis. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Fn. ſvec.* 52.
Orca. *Bell. piſc.* 18. *Rond. piſc.* 483. *Geſn. piſc.* 635. *Will. icht.* 40.
Balæna minor, utraque maxilla dentata. *Raj. piſc.* 15.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Maxilla inferior multo major. Dentes obtuſi.*

CLAS-

---

SIREN *Barth. cent* 2. *obſ.* 11. *t.* 188. *e Braſilia cultro anatomico Leydæ ſubjecta, mihi paradoxa ob Aures exſtantes, Collumque anguſtum in aquatico Mammali, nec a peregrinatoribus ulterius confirmata.*

# CLASSIS II.

# AVES.

*Ipſi lætitia voces ad ſidera mittunt*
*Intonſi montes, ipſæ jam carmina rupes,*
*Ipſa ſonant arbuſta.*

VIRGIL. ecl. V: *62*.

AEREÆ vocales Volucres pulcherrimæ, *Mandibulis protractis nudis*, *Corpore pennis* imbricato, *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoſcuntur.

AVES leviſſimæ modici ponderis & magnitudinis, tectæ pennis plumisque, deſtitutæ *Auriculis*, *Labiis*, *Cauda*, *Scroto*, *Dentibus*, *Utero*, *Epiglottide*, *Fornice*, *Corpore calloſo*, *Diaphragmate*.

PENNÆ avibus propriæ imbricatim in quincuncem diſpoſitæ, interſtinctæ *Plumis*, diſtinctæ a *Remigibus Rectricibusque*, omnes ſupra convexæ, ſubtus concavæ: latere exteriore anguſtiores; interiore latiores; anteriore laxiores, poſteriore ſtrictiores; ſcilicet e baſeos cylindro tubuloſo, referto vaſe lymphaticis ſimili, *Rachi* elongatæ, bifariam radiis parallelis approximatis diſtinctis itidem pinnatis ancipites.
*Colore* ludunt, ſed variant ætate, ſexu, tempeſtate, climate; conſtantiores *Remiges* & *Rectrices*, quæ attente notandæ (*).
*Nuda* cutis utrinque ad colli latera a capite verſus interſcapulium; ab axillis per latera pectoris fere ad inguina, & ad femora poſtica.

OVA his, animalibus communia (pag. 15. n. 4.) numero diverſis vario, ſed majora pro mora excluſionis ſiccæ, ſemper putamine calcareo obtecta, incubatu calido excludenda Parentis, in *Nido* artificioſo.

DIVIDITUR Avium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus*.

CAPUT tegitur ſupra *Pileo* e *Vertice*, *Fronte*, *Occipiteque* unitis, cingens roſtrum antice *Capiſtro*, in quo *Lora* e lineis dua-

(*) *Act. Stockh. 1740. p. 370. t. 1. f. 10, 11.*

duabus nudis a roſtro ad oculos ducta; *Orbitæ* ambiunt oculos, ſupra quos *Supercilia*; inter oculos & aures *Tempora*; inter oculos vero & gulam *Genæ* ſunt.

*Roſtrum* in variis varium: *Rectum*, *Incurvum*, *Recurvatum*, *Teres*, *Compreſſum*, *Depreſſum*, *Conicum*, *Subulatum*, *Cylindricum*, *Angulatum*, *Cultratum*, *Fornicatum*, *Uncinatum*.

*Mandibulæ* nudæ, edentulæ, quibusdam pone apicem *emarginatæ*, paucis *ſerratæ*, exporrectæ in *Roſtrum* corneum, *Naribus* pertuſum, ſuperioris baſi quibusdam *Cera* nuda veſtita, *Vibriſſis* pectinatim ciliatis ad faucis exterioris margines.

*Lingua* carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, pennacea, ciliata, integra ſ. acuta.

*Oculi* laterales *Palpebris Membranaque nictitante* detergendi; *Superciliorum* loco interdum linea picta, rarius carunculata.

*Aures* truncatæ absque auriculis, quarum loco pennæ Strigibus longæ.

*Barba* Myſtacea ad mandibulas inferiores, mobilis Momotæ, Pendulino; in ipſo Pectore pendula Meleagridi adulto; at *Capiſtrum* reverſum tegit baſin roſtri Corvis, Picis, Strigibus.

*Criſta* pennacea pilei Frontalis, Verticalis, Occipitalis, Erecta, Recurvata, Deflexa, Plicatilis, Compreſſa. *Carunculæ* vero carnoſæ nudæque Frontis, Verticis, Nuchæ, Superciliorum, Gulæ, Juguli, ſunt ornamenta capitis in variis.

*Collum* elongatum, erectiuſculum, teres, ſupra incipit *Nucha*, continuatur *Cervice*; infra vero incipit *Gula*, continuatur *Jugulo*.

TRUNCUS ovatus conſtans *Dorſo* coadunato macro, ſubtus ſupra *Sternum* magnum carinatum muſculoſiſſimo *Pectore*, *Claviculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore, poſtice ſub uropygio perforato *Ano*, genitalibus communi, & terminato *Criſſo*.

ARTUS ſunt Brachiales *Alæ*, veri *Pedes*, Caudale *Uropygium*.

ALÆ compreſſæ, *Oſſium* articulis mobiles, tectæ Pennis, demum *Tectricibus* primis ſecundisque, poſtice ciliatæ *Remigibus*; explicantur hæ in fornicatum ventilabrum volitanti; complicantur ſtabulanti primoribus ſubeuntibus ſecundarias, ut hæ latere antico depingant ſpecificum *ſpeculum* nitidum Anatum; nec deficiunt niſi in *Impennibus* pelagicis (Diomedea demerſa, inundata, Alca impenni) vel volatu ponderoſioribus (Struthione, Dido).

OSSA;

Oſſa: α. *Brachii* 1 elongatum. β. *Cubiti* 2 elongata. γ. *Carpi* 2 breviſſima. δ. *Metacarpi* 2 connexa mediocria. ε. *Digiti* 2 attenuata, altero majore biarticulato, compreſſo; altero minuto. ζ. *Pollicis* vero 1 minutum, inſidens baſi anteriori metacarpi, raro *ſpina* evadens (Parris, Charadrio, Struthioni) adjacente ſpina ſetacea.

Remiges *Primores* X: quorum 1 — 4 Digiti, 5 — 10 Metacarpii; *Secundarii* 10 — 20 ſ. 28 Cubiti, nulli vero Brachii; at *Alula* ſpuria pennis 3 ſ. 5 Pollici inſidet.

PEDES ex Femore, Tibia, Digitis, Unguibus:

Femora ex Oſſe Femoris, Cruriſque binis altero ſetaceo, carnoſa, pennis tecta, præterquam cruribus denudatis in *vadantibus* Grallis; ceterum pleriſque æquilibrio ſuppoſita, niſi in *Compedibus* ambulare neſciis, quibus intra commune abdominis tegmen recondita (Alcis, Colymbis); nonnullis *Armillæ* ſupra genua cingunt coloratæ.

Tibiæ ex Oſſe Tarſi elongato, macres, anguſtæ, tendinoſæ, nudæ, rariusve *villoſæ plumoſæve*, paucis poſtice Spina *calcaratæ*, imprimis maſculis.

Digiti e Metatarſi phalangibus, plerumque IV, quorum unus poſticus breviorque, intermedius anterior vero longior, ſed *Scanſoriis* digiti antici 2, poſticique 2; *Curſoriæ* vero poſtico deſtituuntur *tridactylæ* (Charadrius, Hæmatopus, Otis, Caſuarius), rariſſime *didactylæ* (Struthio Camelus). Sunt vero Digiti diſtincti *Fiſſipedibus* pleriſque; vel intermedius adnatus laterali *Greſſoriis*; vel anteriores intertexti membrana integra *Natatoriis*; quæ fiſſa in *Lobatis*; vel baſi tantum intertexta *Semipalmatis* vadantibus; vel articulus membranula marginali *Pinnatis*.

Ungues acuti, quibusdam obtuſi, paucis marginati, pauciſſimis *muticis* nulli.

UROPYGIUM ſeſſile, cordatum, glandula gemina caudæ brevi adpoſita tumidum, ſupra pertuſum *Poro* oleifero, cincto penicillo; ambitu ciliatum Rectricibus Caudæ:

Rectrices ſæpe XII (1, 2, 3, 4, 5, 6, 6, 5, 4, 3, 2, 1.); plures (18) Gallinis, pauciores (10) Picis (Pico, Certhiæ, Cuculo, Yungi, Bucero, Ramphaſto, Trochilo).

Cauda inde vel Pedibus brevior *brachyura*, vel longior *macroura*; ex Rectricibus æqualibus *integra*; vel ad latera per gradus brevioribus *cuneata*, aut lateralibus longioribus *forficata*;

*cata*; in quibus omnibus Rectricibus complicatis ſubeunt laterales intermediæ.

VOLATILES hæ, Telluris vigiles libidinoſique muſici; pleræque *Diurnæ*; paucæ *Nocturnæ* (Striges, Caprimulgi), quarum variæ Noctu cantant (Luſcinia, Turdi) & Mane (Tetraones, Gallinacei), pleræque inermes ſunt, cum Alarum remigibus ſe facile in æthera recipiant ab hoſtibus terreſtribus, & Caudæ rectricibus aëreos diverſo volatu eludant, niſi in terra negotiari neceſſe ſit, quibus odor vel ingratus hoſtes arcet, vel abolitus occultat; dum aliæ ſpeculantur hoſtem appropinquantem indicantque aliis: *Lanius*, *Yunx*, *Parra*, *Hæmatopus*, *Meleagris*, *Hirundo purpurea* &c.

ARMA paucis, præter *Roſtrum* & *Ungues* pleriſque,
*Cornua* Meleagridi cornutæ, Palamedeæ.
*Calcaria* Pavoni, Phaſiano, Tetraoni.
*Spinæ* (pollicares) Struthioni Camelo, Parræ, Charadrio ſpinoſo, Palamedeæ.

VENERE *monogama* junguntur pleræque Aves, *polygama* pauciores, ut Gallinæ, Anates. Illæ utriusque ſexus conjunctis viribus ſtruunt nidum ſæpe artificioſiſſimum, (pendulum, natans, concameratum, argilloſum, foraminoſum, nullumve) uteri ſuccedaneum, incubant ſedulæ ovis, (1 Alca, 2 Colymbus, 3 Larus, 4 Corvus, 5 - 8 Hirundo, pluribus Anates, Gallinæ) pullos famelicos alunt (oſtendendo, porrigendo, regurgitando,) fovent, curant, pro aris & focis defendunt (*), dum in his otientur mares. Nuptias celebrant veſtitu, muſica, ludibus pleræquæ.

MIGRATIONES annuas inter ſeptentrionales æſtivas & auſtrales hybernas plagas arcticæ Telluris plures inſtituunt internuncii hi naturæ, ne hyeme demergerentur boreales omnes inſectivoræ. Sic migrant plurimi *Paſſeres*, imprimis *tenuiroſtres*, ob defectum inſectorum; *Grallæ* ob denegatum glacie aditum vermibus & amphibiis; *Anſeres* ob congelatas aquas includentes piſces &c. Revocant vero easdem Dies æſtatis longiores, ciborum copia, denſiores veſtitus, nuptiæ paratæ.

HABITANT aliæ intra *Tropicos*, ut Phaëton; intra *Polos*, Procellaria glacialis; aliæ *alibi*, Procellaria capenſis; In *India* orien-

(*) *Moſ. Deuter. XXII: 6, 7.*

orientali Paradiſeæ, Pavones; *Africa* Struthio 1, Pelecanus 1; *America* Palamedea, Pſophia. In *Pelago* impennes compeditæ; *Mari* Procellariæ; *Lacubus* Colymbi; *Fluviis* Mergi; *Cataractis* Cinclus; *Littoribus* Charadrii; *Paludibus* Scolopaces, Tringæ; *Campis* Otis; *Sylvis* infauſtus; *Arboribus* Paſſeres; *Rupibus* Bubo; *Pagis* Pica, Hirundo; *Alpibus* Turdus roſeus, Emberiza nivalis.

VICTUS cuique ſuus. Aliæ Carnivoræ: vorant *Cadavera* Accipitres, Corvi; *Piſces* Anſeres; *Inſecta* Paſſeres tenuiroſtres; *Larvas Cerambycum* Pici; *Lepidopterorum* Cuculus; *Ricinos* Crotophaga; *Oeſtros* Buphaga; *Oniſcos* Cinclus; *Phryganeas* Hirundines; *Conchas* Hæmatopus; *Cancros* Myčteria, Cancroma; *Squillas* Recurviroſtra; *Lumbricos* Crex. Aliæ Phytiphagæ: victitant *Plantis* Anſeres; *Pomis* Pſittaci; *Nucibus* Caryocatactes; *Nucleis* Coccothrauſtes; *Strobilis* Curviroſtra, Enucleator; *nectare florum* Trochilus.

OPERA, nec ſine fructu, peragunt ſua ſingulæ: ſedentes *Accipitres* Cadavera auferunt, ut vivis parcant; incedentes *Picæ* Quisquilias impuras verminoſasque devorant; natantes *Anſeres* Aquarum nimios hoſpites minuunt; vadantes *Grallæ* inquirunt in Paludum animalcula; currentes *Gallinæ* decidua Grana legunt; ſalientes *Paſſeres* arbuſtorum herbarumque Semina Inſectaque carpunt; eoque varia ſemina Piſcium, Inſectorum Plantarumque ſæpius in remotiſſima loca deferunt naturæ disſeminatores. Conquiruntur *Venatu*; *Falconaria*; *Aucupio*; inſtituuntur Falcones ad *venatum*, Parræ ad *paſtoritiam*, Pelecani ad *piſcaturam*, Paſſeres ad *muſicam*. Manſveſcunt *Gallinæ*, *Anates*, *Paſſeresque* varii. In Ornithone ſ. Aviario coluntur ob *carnes*, *ova*, *plumas*, *pennas*, pulchritudinem, ſonum.

HISTORIA Avium abſolvitur *Deſcriptione*, *Habitatione*, *Volatu*, *Migratione*, *Nuptiis*, *Nidificatione*, *Ovatione*, *Incubatione*, *Educatione*, *Victu*.

GENERUM Characteres deſumendi a *Roſtro*, *Lingua*, *Naribus*, *Cera*, *Caruncula*, reliquisque partibus denudatis.

ORNITHOLOGI eminentiores in Veteres & Recentiores diſpeſcuntur.

VETERUM *Bellonius* 1557 & *Geſnerus* 1555 patres artis; horum aves collegit & auxit *Aldrovandus* 1599, Braſilienſes no-

vas addente *Marcgravio* 1648; has omnes digeſſit & auxit *Willughby* 1676, cum ſuo *Rajo* 1713, iconesque varias dedit *Marſiglius* 1726.

Recentiores vivis *Coloribus* nova luce illuſtrarunt artem: Germanicas *Friſchius* 1734, Europæas *Albinus* 1731, at rariorum novarumque Avium centuriam unam *Catesby* 1731, ſed tres & ultra centurias eximius *Edwards* 1745, quibus in arte nihil pulchrius.

Systematicam in formam aves reducere tentavit de Svecicis *Fauna* mea 1746, *Syſtemaque Naturæ* 1758; omnes collegit & digeſſit *Briſſonus* 1760, cui integrum exercitum & notarum & novarum obtulere labores & muſeum magni *Reaumurii*. Sic duplo plures innotuere nuper aves, indefeſſo ſtudio Edwardi & Reaumurii, quam quæ antea cognitæ erant.

ASSERVANTUR vel in *Spiritu vini* integræ, vel exuviis integris *farctis* aut dimidiatis *gypſo* fixato repletis, methodo Schæfferi.

ORDI-

# ORDINUM Characteres.

## I. ACCIPITRES.

Rostrum (*Uncus trahens*) ſubincurvatum: *Mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dilatata ſ. dente armata: *Naribus* patulis.

Pedes inſidentes, breves, robuſti: *Digitis* ſub geniculis verrucoſis; Unguibus arcuatis, acutiſſimis.

Corpus Capite Colloque muſculoſis; *Cute* tenaci. Impurum.

Victus: Laniena rapinaque e cadaveribus.

Nidus in altis; *Ova* circiter 4; *Femina* præſtantior; Monogamia.

Analogi *Feris.*

## II. PICÆ.

Rostrum (*Cuneus farriens*) cultratum dorſo convexo.

Pedes ambulantes, breves, validiuſculi.

Corpus tenaciuſculum, impurum.

Victus e Quisquiliis.

Nidus in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem; Monogamia.

Analogæ *Primatibus.*

## III. ANSERES.

Rostrum (*Cribrum colans*) læve, epidermide tectum, apice auctum.

Pedes natatorii digitis membrana palmatis; *Tibiis* compreſſis, brevibus.

Corpus pingue, *Cute* tenaci, Plumis præſtantioribus. Ranceſcens.

Victus in Aquis ex Plantis, Piſcibus, &c.

Nidus ſæpius terreſtris; *Mater* rarius porrigit pullis; frequentius Polygamia.

Analogi *Belluis.*

## IV. GRALLÆ.

Rostrum (*Bacillus tentans*) ſubcylindricum.
Pedes vadantes *Femoribus* ſeminudis.
Corpus compreſſum pelle tenuiſſima; *Cauda* brevi; Sapidum.
Victus in Paludibus ex Animalculis.
Nidus in terra ſæpius; Nuptiis variis.
Analogæ *Brutis*.

## V. GALLINÆ.

Rostrum (*Harpa colligens*) convexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.
Pedes curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.
Corpus ſebaceum, muſculoſum. Purum.
Victus in Terra e Granis in ingluvie macerandis. Pulveratrices.
Nidus in Terra absque arte; *Ovis* numeroſis. *Pullis* cibus demonſtrandus. Polygamia.
Analogæ *Pecoribus*.

## VI. PASSERES.

Rostrum (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.
Pedes ſalientes, teneri, fiſſi.
Corpus tenellum; *Granivoris* Purum, *Inſectivoris* Impurum.
Victus in arboribus e Seminibus aut Inſectis.
Nidus artificioſus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia. Cantus.
Analogi *Gliribus*.

CHA-

# CHARACTERES AVIUM.

## I. ACCIPITRES.

41. Vultur Roſtrum *aduncum.* Caput *denudatum.*
42. Falco Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum.*
43. Strix Roſtrum *aduncum* capiſtro *reverſo.*
44. Lanius. Roſtrum *rectiuſculum*, *emarginatum.*

## II. PICÆ.

* *Pedibus Ambulatoriis.*

66. Trochilus Roſtrum *incurvatum*, *filiforme*, *apice tubuloſo.*
65. Certhia Roſtrum *incurvatum*, *acuminatum.*
64. Upupa Roſtrum *incurvatum*, *obtuſiuſculum.*
48. Buphaga Roſtrum *rectum*, *quadrangulare.*
60. Sitta Roſtrum *rectum*, *apice cuneato.*
52. Oriolus Roſtrum *rectum*, *conicum*, *acutiſſimum.*
51. Coracias Roſtrum *cultratum*, *apice incurvo.*
53. Gracula Roſtrum *cultratum*, *æquale*, *baſi calva.*
50. Corvus Roſtrum *cultratum*, *capiſtro reverſo.*
54. Paradisea Roſtrum *ſubcultratum*, *capiſtro holoſericeo.*

* * *Pedibus Scanſoriis.*

Ramphastos Roſtrum *ſerratum.* Lingua *pennacea.*
55. Trogon Roſtrum *ſerratum*, *apice aduncum.*
45. Psittacus Roſtrum *cera obductum.* Lingua *carnoſa.*
49. Crotophaga Roſtrum *rugoſum*, *margine angulatum.*
59. Picus Roſtrum *angulatum.* Lingua *lumbriciformis.*
58. Yunx Roſtrum *læve* Lingua *lumbriciformis.*
57. Cuculus Roſtrum *læve* Nares *marginatæ.*
56. Bucco Roſtrum *læve*, *emarginatum*, *aduncum.*

* * * *Pedibus Greſſoriis.*

47. Buceros Roſtrum *ſerratum fronte oſſea.*
62. Alcedo Roſtrum *trigonum*, *rectum.*
63. Merops Roſtrum *incurvatum*, *compreſſiuſculum.*
61. Todos Roſtrum *lineare*, *depreſſum*, *rectum.*



*Nares* capiſtri pennis recumbentibus obrectæ in *Corvo*, *Pico*, *Buccone*, *Strige*. *Mandibulæ ſerratæ* in *Ramphaſto*, *Bucero*, *Trogone*.

## III. ANSERES.

* *Roſtro denticulato.*

67. Anas Roſtrum *unguiculatum denticulis membranaceis.*
68. Mergus Roſtrum *unguiculatum denticulis ſubulatis.*
74. Phaëton Roſtrum *cultratum.*
73. Plotus Roſtrum *ſubulatum.*

* * *Roſtro edentulo.*

78. Rhyncops Roſtrum *mandibula ſuperiore breviore.*
71. Diomedea Roſtrum *mandibula inferiore truncata.*
69 Alca Roſtrum *rugis lateralibus transverſis.*
70. Procellaria Roſtrum *naribus ſuperincumbentibus, ſubcylindricis.*
72. Pelecanus Roſtrum *cinctum facie nuda.*
76. Larus Roſtrum *ſub apice ſubtus gibbum.*
77. Sterna Roſtrum *ſubulatum apice compreſſo.*
75. Colymbus Roſtrum *ſubulatum lateribus compreſſiuſculum.*

## IV. GRALLÆ.

* *Pedibus tetradactylis.*

79. Phoenicopterus Roſtrum *infractum, denticulatum.* Pedes *palmati.*
80. Platalea Roſtrum *depreſſum ſpatulatum.*
81. Palamedea Roſtrum *apice uncinatum acutum.*
82. Mycteria Roſtrum *mandibula inferiore craſſiore ſubadſcendens.*
85. Tantalus Roſtrum *arcuatum* ſacco *gulari.*
84. Ardea Roſtrum *rectum acutiuſculum.*
89. Recurvirostra Roſtrum *ſubulato-attenuatum, depreſſum, recurvum.*
86. Scolopax Roſtrum *rectum, teretiuſculum, obtuſiuſculum.*
87. Tringa Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.* Pollex *vix inſiſtens.*
91. Fulica Roſtri *baſis* fronte *calva.*
92. Parra Roſtri *baſis fronte carunculis mobilibus.*
93. Rallus Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum.*
94. Psophia Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatæ.*
83. Cancroma Roſtrum *ventricoſum.*

* * Pe-

* * *Pedibus curſoriis ſ. tridactylis.*

90. Hematopus Roſtrum *compreſſiuſculum apice cuneo.*
88. Charadrius Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.*
95. Otis Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.*
96. Struthio Roſtrum *conicum.* Alæ *non voliſtantes.*

## V. GALLINÆ.

97. Didus Roſtrum *medio coarctatum, rugoſum, facie nuda.*
98. Pavo Vertex *pennis revolutis.* Roſtrum *nudum.*
99. Meleagris Facies *carunculis verrucoſa.*
100. Crax Cera *baſin roſtri obducens.*
101. Phasianus Genæ *nudæ, læves.*
103. Tetrao Supercilia *nuda, papilloſa.*
102. Numida Carunculæ *binæ ad baſin mandibularum.*

## VI. PASSERES.

* Craſſiroſtres.

109. Loxia Roſtrum *conico-ovatum.*
112. Fringilla Roſtrum *conicum, acutum.*
110. Emberiza Roſtrum *ſubconicum, mandibula inferiore latiore, coarctata.*

* * Curviroſtres *mandibul. ſuperior. apice incurvata.*

118. Caprimulgus Roſtrum *incurvum, depreſſum, ciliatum.* Nares *tubuloſæ.*
117. Hirundo Roſtrum *incurvum, depreſſum.*
115. Pipra Roſtrum *incurvum, ſubulatum.*

* * * Emarginatiroſtres *mandib. ſuper. pone apicem emarginata.*

107. Turdus Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi compreſſum.*
108. Ampelis Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi depreſſum.*
111. Tanagra Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi conoideum.*
113. Muscicapa Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi ciliatum.*

* * * * Simpliciroſtres. *R. recto integro attenuato.*

116. Parus Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata, Capiſtrum reverſum.*
114. Motacilla Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *inciſa.* Unguis *poſticus modicus.*
105. Alauda Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *bifida.* Unguis *poſticus elongatus.*
106. Sturnus Roſtrum *ſubulatum apice depreſſo marginato,*
104. Columba Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *gibboſæ membrana obliterata.*

I. AC-

# I. ACCIPITRES.

*Roſtrum e Mandibula ſuperiore angulum utrinque exſerens.*

## 41. VULTUR. *Roſtrum* rectum, apice aduncum. *Caput* impenne, antice nuda cute. *Lingua* bifida.

Gryphus. 1. V. maximus, caruncula verticali longitudine capitis, gula nuda. †
Vultur Gryps Gryphus. *Klein. av.* 45. *Briſſ. av.* 1. *p.* 473.
Cuntur. *Laet. amer.* 401. *Raj. av.* 11.
Condor. *Frez. it.* 111. *Condam. it.* 175.
*Habitat in* Chili, Peru. *Prædatur Vitulis, Ovibus, immo Pueris decennibus; binæ aves Vaccam dilacerant vorantque; in terram devolans ſuſurro attonitos & ſurdos fere reddit homines.*
Alæ *maximæ, intra quarum extremitates ped.* 13 *ſ.* 16. *Remex longitudine ped.* 2½, *craſſitie digit.* 1¼. Corpus *nigrum, ſubtus fuſcum.* Caput *nudum fuſca lanugine, carunculaque longitudinali.* Gula *nuda, rubens.* Roſtrum & *Pedes nigri.* Ungues *rectiuſculi ne nimium ſæviant.*

Harpyja. 2. V. capite tecto pennis elongatis criſtato.
Yzquauhtli. *Hern. mex. p.* 34.
Urutaurana. *Marcgr. braſ.* 203. *t.* 204.
Aquilæ criſtatæ genus. *Raj. av.* 161.
Aquila braſilienſis criſtata. *Raj. av.* 7. *Briſſ. av.* 1. *p.* 446.
*Habitat in* Mexico. *Fertur unico ictu cranium hominis findere; pennas occipitis ſæpius erigit in formam bifidæ coronæ; erectus conſidet; iratus pennas demittit usque ad pedum digitos.* Caput *pennis tectum, leucophæo-cæruleum: capitis pennæ pedem ½ longæ, quas iratus conſpectaque præda erigit.* Corpus *Dorſo, Alis, maximaque Colli parte nigrum; ſubtus Pectore & Ventre niveum.* Cauda *fuſco nigroque faſciata.* Criſſum & Femora *albo atroque faſciata.* Roſtrum *nigrum. Digiti* Pedesque *nudi*,

*flavi.* Caput *nullibi nudum*; *Falconibus ideoque proximus.*

Papa. 3. V. naribus carunculatis, vertice colloque denudato.
Vultur elegans. *Edw. av.* 2. *t.* 2.
Rex vulturum. *Briſſ. av.* 1. *p.* 470. *t.* 36.
Vultur. *Alb. av.* 2. *p.* 4. *t.* 4.
Cozcaquauhtli. *Hern. mex.* 319. *Raj. av.* 161.
*Habitat in* India *occidentali. Victitat Serpentibus, Lacertis &c. cadaveribus; alte volitat.*
Caput & Collum, *quaſi excoriata, retrahere poteſt intra vaginam cutis plumoſæ colli inferioris; Area oculorum nuda, crocea.* Vitta *nigricante lanugine ab occipite caput cingit.* Corpus *rufeſcenti - album.* Remiges *cineraſcenti-nigri.* Pedes *rubri.* Roſtrum *rubrum* Cera *aurantia*; Carunculæ *dentatæ juxta ceram ſ. nares.*

Monachus. 4. V. vertice gibboſo, corpore nigro.
Vultur criſtatus niger. *Edw. av. t.* 290.
Vultur arabicus. *Briſſ. av. app.* 29.
*Habitat in* Arabia.
*Orbita alba. Caput ſupra gibbum elevatum. Cera Pedesque cæruleſcentes.*

Aura. 5. V. fuſco-griſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
Tzopilotl ſ. Aura. *Hernand. mex.* 331.
Urubu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 207. *Willugb. orn.* 68. *Raj. av.* 10. 180.
Buteo ſpecie gallo-pavonis *Catesb. car.* 1. *p.* 6. *t.* 6.
Vultur gallinæ africanæ facie. *Sloan. jam.* 2. *p.* 294. *t.* 254.
Vultur braſilienſis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 468.
Vultur pullus, capite implumi, cute craſſa rugoſa ultra aperturas naſales laxata. *Brown. jam.* 471.
*Habitat in* America *calidiore.*
*Privilegio munitus in America cadavera ſerpentesque vorans; Cadavera animalium ſimul cum Canibus, ceu germanis fratribus, ſumma concordia dilacerat; ſæpe carnes e culina furatur; fœtido odore ſtercoris humani olet; captus materiam adhuc fœtidiorem evomit; noctu gregarie dormit in ſummis arborum cacuminibus. D. Jacquin.*
Corpus *nigrum purpureo viridique micans. Irides croceo-cæruleſcentes. Pedes carnei. Caput rufeſcens.*

6. V.

barbatus. 6. V. albidus, dorſo fuſco, gula barbata, roſtro incarnato, capite linea nigra cincto.

Vultur aureus. *Geſn. av.* 783. *t.* 781. *Aldr. av.* 1. *p.* 277. *t.* 276.

Vultur barbatus. *Edw. av.* 106. *t.* 106. *Briſſ. av.* 6. *app.* 26.

Vultur bæticus. *Aldr. orn.* 1. 273. *t.* 274. *Will. orn.* 35. *Raj. av.* 10.

*Habitat in* Africa.

*Ad baſin maxillæ inferioris barba dependet; frons oculorumque regio atra. Palpebræ rubræ. Pedes pennis veſtiti.*

Percnopterus. 7. V. remigibus nigris margine exteriore (præter extimas) canis.

Percnopterus ſ. Gypaëtos. *Aldr. orn.* 1. *p.* 216. *t.* 217, 219. *Geſn. av.* 199. *Will. orn.* 33. *t.* 4. *Raj. av.* 8. *Alb. av.* 2. *p.* 2.

Falco montanus ægyptiacus. *Haſſelqv. act. ſtockh.* 1751. *p.* 196.

Vultur, *Percnopterus*, capite nudo, gula plumoſa. *Haſſelqv. itin.* 209.

Vultur niger. *Raj. av.* 9.

Vultur leucocephalus. *Briſſ. av.* 1. *p.* 466.

Vultur alpinus. *Briſſ. av.* 1. *p.* 464.

Vultur albus. *Raj. av.* 10. *Will. orn.* 35.

Vultur aquilina. *Alb. av.* 2. *p.* 3. *t.* 3.

Vultur fulvus, bætico bellonii congener. *Raj. av.* 10.

Vultur ægyptius. *Briſſ. av.* 1. *p.* 457.

Vultur ſacer ægyptius. *Bell. av.* 110. *t.* 111. *Aldr. av.* 1. *p.* 378. *t.* 379.

*Habitat in* Ægypto, Europa *auſtrali. Purgat Cairi terram a cadaverum fœtore, ſtipendiis allectus. Haſſelqv. Palæſtinæ agri deſererentur ob Murium copiam, niſi hæ aves catervatim advolarent. Bellon. Olim hunc capitale occidere Ægyptiis. Herodot.*

Mas *totus albus:* Remigibus *atris margine exteriore canis, exceptis duobus primis unicoloribus.* Femina *tota fuſca:* Remigibus *quatuor extimis concoloribus.* Roſtrum *atrum cera flava. Haſſelqv. Nares perpetuo ſtillant. Raj.* Pedes *nudi.*

Albiulla. 8. V. cera pedibusque flavis, rectricibus albis: intermediis apice nigris. *Fn. ſvec.* 55. * *Brünnich. orn.* 12.

Py-

Pygargus, Albiulla, Hirundinaria. *Bell. av.* 15. *Geſn. av.* 205. *Will. orn.* 31. *Raj. av.* 7. *n.* 5.
Aquila Albiulla. *Briſſ. av.* 1. *p.* 427.
*Habitat in* Europa; *ferit Piſces maximos iisque victitat anceps. Frons inter oculos & nares nuda, tantum ſetulis adſperſa. Roſtrum baſi elongatum.*

## 42. FALCO. *Roſtrum* aduncum, baſi cera inſtructum.
*Caput* pennis arcte tectum.
*Lingua* bifida.

* *Cera lutea.*

coronatus. 1. F. cera ferruginea, pedibus lanatis albis nigro punctatis, pectore rufo, lateribus nigro faſciatis.
Aquila coronata. *Edw. av.* 3. *p.* 31. *t.* 224.
Aquila africana criſtata. *Briſſ. av.* 1. *p.* 448.
*Habitat in* Guinea.
*Criſtæ inſtar interdum pennas erigit. Color fuſcus. Area oculorum albida.*

Melanæetus. 2. F. cera lutea, pedibusque ſemilanatis, corpore ferrugineo-nigricante ſtriis flavis.
Melanæetus ſ. Aquila valeria. *Geſn. av.* 203. *Aldr. orn.* 1. *p.* 197. *t.* 199, 200. *Raj. av.* 7. *n.* 4. *Will. orn.* 30. *t.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 2. *t.* 2. *Briſſ. av.* 1. *p.* 434.
*Habitat in* Europa.

leucocephalus. 3. F. cera lutea, pedibusque ſemilanatis, corpore fuſco, capite caudaque albis.
Aquila capite albo. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
Aquila leucocephalos. *Briſſ. av.* 1. *p.* 423.
*Habitat in* America, Europa.

Oſſifragus. 4. F. cera lutea pedibusque ſemilanatis; corpore ferrugineo, rectricibus latere interiore albis.
Oſſifraga. *Geſn. av.* 263. *Aldr. orn.* 1. *p.* 222. *t.* 225, 228. *Brünn. orn.* 13.

Haliæ-

Aquilæ *dictæ fuere Falcones majores; pedibus hirſutis; capiunt Anſeres, Oves, Lepores, Serpentes.*

Haliætus ſ. Aquila marina. *Will. orn.* 29. *t.* 1. *Raj. av.* 7. *n.* 3.
*Habitat in* Europa; *etiam in* Svecia.
Corpus *magnitudine Gallo-pavonis: pennis baſi albis, medio ferrugineis, apice nigris.* Remiges *nigricantes: ſecundariæ latere tenuiore albicantes.* Rectrices *latere interiore albæ rachi nivea.* Tectrices *caudæ fere albæ.* Pedes *lutei.* Femina *obſcure ferruginea.*

Chryſaë-tos. 5. F. cera lutea, pedibusque lanatis luteo-ferrugineis, corpore fuſco ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata. *Fn. ſvec.* 54. *
Aquila germana. *Geſn. av.* 168.
Aquila chryſaëtos. *Will. orn.* 27. *t.* 1. *Raj. av.* 6. *n.* 1. *Aldr. orn.* 1. *p.* 111, 114. 115. *Briſſ. av.* 1. *p.* 431.
*Habitat in* Europa.

fulvus. 6. F. cera flava, pedibusque lanatis fuſco-ferrugineis, dorſo fuſco, cauda faſcia alba.
Aquila. *Aldr. orn.* 1. *p.* 17. *Briſſ. av.* 1. *p.* 419.
Aquila fulva ſ. Chryſaëtos, cauda annulo albo cincta. *Will. orn.* 28. *t.* 1. *Raj. av.* 6. *n.* 2.
Aquila. *Aldr. orn.* 1. *p.* 17. *Dodart. act.* 3. *p.* 89. *t.* 49. *Briſſ. av.* 1. *p.* 419.
β. F. *canadenſis* cera flava pedibusque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco. *Syſt. nat.* 10. *p.* 88.
Aquila cauda alba. *Edw. av.* 1. *t.* 1. *Voy. hudſ.* 3. *p.* 54. *t.* 2.
*Habitat in* Canada, Europa.
Pectus *punctis trigonis adſperſum.* *Frons inter oculos & nares nuda.*

ruſticolus. 7. F. cera palpebris pedibusque luteis, corpore cinereo alboque undulato, collari albo. *Fn. ſvec.* 56. *
*Habitat in* Svecia.

barbarus. 8. F. cera pedibusque luteis, corpore cæruleſcente fuſcoque maculato, pectore immaculato, cauda faſciata.
Falco tunetanus. *Aldr. av.* 1. *p.* 483. *Bell. av.* 117? *Raj. av.* 14? *Alb. av.* 3. *p.* 2. *t.* 2. *Briſſ. av.* 1. *p.* 343.
*Habitat in* Barbaria.

cærule-ſcens. 9. F. cera palpebris pedibus ſubtusque luteus, dorſo nigro-cæruleſcente, temporibus linea alba incluſis.

Acci-

Accipiter minimus benghalenſis. *Edw. av.* 108. *t.* 108.
Falco bengalenſis. *Briſſ. av. app.* 20.
*Habitat in* Aſia.
*Minimus in ſuo genere. Sinciput candidum. Genæ albæ linea nigra.*

cyaneus. 10. F. cera alba, pedibus fulvis, corpore cæruleo-caneſcente, arcu ſuperciliari albo gulam cingente.
Accipiter cæruleus. *Edw. av.* 5. *p.* 33. *t.* 225.
*Habitat in* Europa, Africa.

Pygargus. 11. F. cera pedibusque flavis, corpore cinereo, abdomine pallido maculis oblongis rufis, oculorum orbita alba.
Falco torquatus. *Briſſ. av* 1. *p.* 345.
Subbuteo. *Geſn. av.* 48.
Pygargus. *Alb. av.* 2. *p.* 5. *t.* 5. & 3. *p.* 3. *t.* 3. *Will. orn.* 40. *t.* 7. *Raj. av.* 17. *n.* 5. *Edw. av.* 173. *t.* 291.
*Habitat in* Europa; *in* Auſtria *ſub aſperrima tantum hyeme. Kram. Mas ſubtus maculis transverſis, femina longitudinalibus.*

Milvus. 12. F. cera flava, cauda forficata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *Faun. ſvec.* 57. *
Milvus. *Geſn. av.* 610. *Aldr. ornith.* 392. *t.* 368. *Will. ornith.* 41. *t.* 6. *Raj. av.* 17. *Albin. av.* 1. *p.* 4. *t.* 4.
Milvus regalis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 414. *t.* 33.
*Habitat in* Europa, Aſia, Africa.
*Migrat trans Pontum Euxinum in Aſiam; ultimo aprilis tot Pontum Euxinum prætervolantes vidit per 14 dies, ut numerum hominum ſuperaret, Bellonius. Privilegio munitus Londini. Bell. itin.* 108. *Vorat quisquilias, pullos gallinaceos; tempeſtates præſagit, ſupra nubes volitans ſerenitatem aëris, clamore pluviam. Volatui pacatiſſimus. Pulmones pulchri.*

gentilis. 13. F. cera pedibusque flavis, corpore cinereo maculis fuſcis, cauda faſciis quatuor nigricantibus. *Fn. ſvec.* 58. *
Falco gentilis. *Geſn. av.* 71. *Aldr. orn.* 1. *p.* 481. *Will. ornith.* 46. *Raj. av.* 13. *Alb. av.* 2. *p.* 4. *t.* 6. *Briſſ. av.* 1. *p.* 339.

Falco

Falco montanus. *Will. ornith.* 45. *t.* 5. *Raj. av.* 13.
*Habitat in* Alpibus, *victitans Tetraonibus.*
*Ars capiendi Falcones Columba & Lanio, inſtituendi, venandi Gazellas, Ardeas, Aviculas &c. propriis artificibus commiſſa, in luxuriam magnatum, ridenda etiam a ſtulto.*

Subbuteo. 14. F. cera pedibusque flavis, dorſo fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis. *Fn. ſvec.* 59. *
Subbuteo. *Aldr. orn.* 1. *p.* 374. *Alb. av.* 1. *p.* 6. *t.* 6. *Raj. av.* 15. *n.* 14.
Dendrofalco. *Briſſ. av.* 1. *p.* 375.
*Habitat in* Europa, *Alaudis infeſtus, quæ eum ita exhorrent, ut in ſinum Hominis ſe recipiant. Raj.*
*Rectrices laterales nigricanti - faſciatæ. Uropygium album.*

Buteo. 15. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco, abdomine pallido maculis fuſcis. *Faun. ſvec.* 60. *
Buteo vulgaris. *Geſn. av.* 46. *Aldr. orn.* 1. *p.* 369. 370. *Will. ornith.* 38. *t.* 6. *Raj. av.* 16.
Buteo. *Alb. av.* 1. *p.* 1. *t.* 1. *Briſſ. av.* 1. *p.* 406.
*Habitat in* Europa, *Cuniculis & Bufonibus infeſtus.*

Tinnunculus. 16. F. cera pedibusque flavis, dorſo rufo punctis nigris, pectore ſtriis fuſcis, cauda rotundata. *Faun. ſvec.* 61. * *Penn. brit. t. A. B.*
Tinnunculus ſ. Cenchris. *Geſn. av.* 54. *Aldr. orn.* 1. *p.* 356. *t.* 358, 359. *Will. orn.* 50. *t.* 5. *Raj. av.* 16. *Alb. av.* 1. *p.* 7. *t.* 7. (femina) & 3. *p.* 5. *t.* 5. *Friſch. av. t.* 84, 85. *Briſſ. av.* 1. *p.* 393.
*Habitat in* Europæ *turribus, Aviculis Muribusque infeſtus; Advenit ex migratione primo die Germinationis ſ. veris, una cum Motacilla alba.*
*In* Cauda *faſcia unica lata nigra verſus apices.* Rectrices, *exceptis intermediis, apice albent.*

ſufflator. 17. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco albido, oculorum operculis oſſeis.
*Habitat in* Surinamo. *Rolander.*

Cor-

Falconaria *ars ad aucupium & venatum inſtruendi Falcones tranſiit in Scientiam; inter auctores plurimos eminet* d' Eſparon Falconaria, Francof. 1617. quart. *Omnes Species poſſunt ad artem Falconariam inſtrui.*

Corpus *ſupra fuſcum plumis baſi albis; ſubtus luteo albo fuſcoque maculatum, uti etiam rectrices.* Nares *lobo carneo intercalari. Iratus aut territus caput inflat ad magnitudinem corporis.*

cachinnans. 18. F. cera pedibusque luteis, palpebris albis, corpore fuſco albidoque vario, annulo nigro verticem album cingente. *Rolander.*
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *ſupra Dorſum, Alas, Uropygium fuſcum; ſed Alba ſunt collum, gula, pectus, abdomen, alæ ſubtus. Cauda faſciis luteis nigriſque. Hominem obſervans cachinnos edit.*

hudſonius. 19. F. cera pedibusque flavis, dorſo fuſco, ſuperciliis albis, ſpeculo alarum cæruleſcente.
Pygargus canadenſis. *Edw. av.* 107. *t.* 107.
Accipiter freti hudſonis. *Briſſ. av.* 6. *app.* 18.
*Habitat ad* fretum Hudſonis.

ſparverius. 20. F. cera lutea, capite fuſco, vertice abdomineque rubro, alis cæruleſcentibus.
Accipiter minor. *Catesb. carol.* 1. *p.* 5. *t.* 5.
Æſalon carolinenſis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 386. *t.* 32. *f.* 1.
*Habitat in* America.
*Feminæ caput cingitur maculis 7 nigricantibus.*

columbarius. 21. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco ſubtus albido, cauda fuſca faſciis linearibus quatuor albis.
Accipiter palumbarius. *Catesb. car.* 1. *p.* 3. *t.* 3.
Accipiter carolinenſis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 378.
*Habitat in* America.

ſuperciliosus. 22. F. cera pedibus palpebrisque luteis, corpore fuſco albido undulato, remigibus ferrugineis nigro faſciatis.
*Habitat in* Surinamo. *Dahlberg.*
Magnitudo *Picæ.* Corpus *ſupra fuſcum, ſubtus totum etiam femoribus confertim nigro undulatum.* Remiges *ferrugineæ faſciis nigris pluribus; ſed ſecun-*

---

Falcones *altiſſime volant, ſæpe ut vix videantur; hærent quaſi ſuſpenſi in aëre; viſu excellunt; ſolitarii degunt, niſi tempore copulæ; jaculi inſtar cadunt proſequendo prædam; famem diu tolerant; pane ingeſto moriuntur; ætate ſexuque variant; paciſcuntur inducias cum avibus, imprimis domeſticis, quamdiu Cuculus cuculat, ut hæ ferientur ſub nidificatione, incubatione, pullitie.*

*cundariæ margine poſteriore albido.* Cauda *nigra faſciis duabus latis & apice cinereis.* Criſſum *album ſtrigis aliquot nigris.* Uropygium *albo nigroque varium.* Supercilia *ſubtus nuda, prominula.* Lora *ſetis nigris patentibus.* Roſtrum & Ungues *nigri.* Tectrices *alarum inferiores albæ lineolis tenuiſſimis nigris.*

veſpertinus. 23. F. cera pedibus palpebriſque luteis, criſſo femoribusque ferrugineis.

*Habitat in* Ingria, *Kobez dictus, veſpera & noctu volitans.*

Magnitudo *Columbæ.* Corpus *fuſco-cæruleſcens.* Venter *albo-cæruleſcens.* Caput *fuſcum.* Roſtrum *totum flavum excepto apice fuſco.* Rectrices 12 *ſupra & ſubtus fuſcæ.* Remiges *albo-cæruleſcentes: primoribus* 1 - 7 *apice nigricantibus.* Pedes *nudi. Deſcriptionem & figuram miſit* Georg de Demidoff. *L. B.*

Lanarius. 24. F. cera lutea, pedibus roſtroque cæruleis, corpore ſubtus maculis nigris longitudinalibus. *Faun. ſvec.* 62. *

Lanarius. *Geſn. av.* 76. *Aldr. orn.* 1. *p.* 488. *Will. orn.* 48. *Raj. av.* 15. *Alb. av.* 2. *p.* 7. *t.* 7. *Briſſ. av.* 1. *p.* 363.

*Habitat in* Europa; *migratorius.*

*Tænia alba cingit frontem ſupra oculos. Pedes breves.*

* * *Cera obſcura.*

furcatus. 25. F. cera obſcura, pedibus flaveſcentibus, corpore ſupra fuſco, ſubtus albido, cauda forficata longiſſima.

Accipiter cauda furcata. *Cateſb. car.* 1. *p.* 4. *t.* 4.

Accipiter carolinenſis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 418.

*Habitat in* America, *victitat inſectis.*

Haliætus. 26. F. cera pedibusque cæruleis, corpore ſupra fuſco ſubtus albo, capite albido. *Fn. ſvec.* 63. *

Aquila Haliæetus. *Briſſ. av.* 1. *p.* 440. *t.* 34.

Haliætus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 188, 190.

Morphnos. *Aldr. orn.* 1. *p.* 211.

Balbuzardus. *Will. orn.* 37. *t.* 6. *Raj. av.* 16.

*Habitat in* Europa, *humi inter arundines. Victitat Piſcibus majoribus, Anatibus. Pes ſiniſter ſubpalmatus.*

*Area fuſca deſcendit ab utroque oculo, per latera colli, ad alas.*

Gyrfalco. 27. F. cera cærulea, pedibus luteis, corpore fuſco, ſubtus faſciis cinereis, caudæ lateribus albis. *Fn. ſvec.* 64. *
Gyrfalco. *Aldr. orn.* 1. *p.* 471. *t.* 473. *Will. orn.* 44. *t.* 8. *Raj. av.* 13. *n.* 3. *Briſſ. av.* 1. *p.* 370. *t.* 30. *f.* 2.
Morphnos. *Bell. av.* 94. *Aldr. orn.* 1. *p.* 212.
*Habitat in* Europa, *Gruibus, Ardeis, Columbis infeſtus.*
*Variat pedibus cæruleis & flavis.*

apivorus. 28. F. cera nigra, pedibus ſeminudis flavis, capite cinereo, caudæ faſcia cinerea apice albo. *Faun. ſvec.* 65. *
Buteo apivorus ſ. veſpivorus. *Will. ornith.* 38. *t.* 3. *Raj. av.* 16. *Briſſ. av.* 1. *p.* 410. *Alb. av.* 1. *p.* 2. *t.* 1.
*Habitat in* Europa; *victitans Muribus, Ranis, Lacertis, Inſectis, Apibus, Aviculis.*

æruginoſus. 29. F. cera vireſcente, corpore griſeo, vertice gula axillis pedibusque luteis. *Fn. ſvec.* 66. * *Penn. britann. t. A.* 5.
Circus. *Geſn. av.* 49. *Aldr. orn.* 1. *p.* 351.
Milvus æruginoſus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 395. *Will. orn.* 42. *t.* 7. *Raj. av.* 17. *Alb. av.* 1. *p.* 3. *t.* 3.
Accipiter Circus paluſtris. *Briſſ. av.* 1. *p.* 401.
*Habitat in* Europa, *in Paludibus nidificat.*

palumbarius. 30. F. cera nigra margine pedibusque flavis, corpore fuſco, rectricibus faſciis pallidis, ſuperciliis albis. *Fn. ſvec.* 67. *
Falco ſagittatus. *Friſch. av. t.* 82. *mas. t.* 81. *fem.*
Aſterias. *Aldr. orn.* 1. *p.* 336. *t.* 340, 341.
Aſtur. *Briſſ. av.* 1. *p.* 317.
Accipiter palumbarius. *Geſn. av.* 51. *Aldr. ornith.* 1. *p.* 342. *t.* 343. *Raj. av.* 18. *n.* 1. *Alb. av.* 2. *p.* 8. *t.* 8. *Will. orn.* 51. *t.* 3, 5.
*Habitat in* Europa, *Gallinis infeſtus.*
*Subtus totus albus nigro undulatus. Rectrices apice albæ.*

Niſus. 31. F. cera viridi, pedibus flavis, abdomine albo griſeo undulato, cauda faſciis nigricantibus. *Fn. ſvec.* 68. *

Acci-

Accipiter fringillarius. *Geſn. av.* 51. *Aldr. orn.* 1. *p.* 344 *t.* 346, 347. *Bell. av.* 19. *b. Will. orn.* 51. *t.* 5. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 3. *p.* 4. *t.* 4. & 1. *p.* 5. *t.* 5. *femina.*
Accipiter. *Briſſ. av.* 1. *p.* 310.
Niſus ſtriatus. *Friſch. av.* 90. *mas*; *at* ſagittatus *Friſch. av. t.* 91, 92. *femina.*
Moſcheutus. *Aldr. ornith.* 345.
*Habitat in* Europa; *Columbis Paſſeribusque maxime infeſtus*; *venatur egregie Alaudas, eoque utimur in aucupiis.*
*Remiges non ſupra, ſed ſubtus variegatæ faſciis fuſcis. Tectrices humerorum fuſcæ, ſed parte occultata albæ cum faſcia fuſca. Gula fuſco ſtriata. Roſtrum cæruleſcens.*

minutus. 32. F. cera fuſca, pedibus luteis, corpore ſubtus albo, rectricibus fuſcis nigro faſciatis.
Accipiter minor. *Briſſ. av.* 1. *p.* 315. *t.* 30. *f.* 1.
*Habitat in* Melita.
*Magnitudo Turdi.*

## 43. STRIX. *Roſtrum* aduncum (absque cera.)
*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectæ.
*Caput* grande: auribus oculisque magnis.
*Lingua* bifida.

* *Auriculatæ pennis auricularum inſtar exſtantium.*

Bubo. 1. S. capite auriculato, corpore ruffo. *Fn. ſvec.* 69. *
Bubo. *Bell. av.* 25. *a. Geſn. av.* 234. *Aldr. orn.* 1. *p.* 502. *Will. orn.* 63. *Alb. av.* 2. *p.* 9. *t.* 9. *Friſch. av. t.* 93. *Briſſ. av.* 1. *p.* 477.
β. Bubo athenienſis. *Alb. av.* 3. *t.* 6. *Edw. av.* 37. *t.* 227.



Strix *differt a* Falcone *ut Phalæna a Papilione; altera enim diurna, alter nocturnus eſt.*
Noctu *prædantur Aviculis, Muribus, Veſpertilionibus; Pedes lanati ne frigeſcant; Aures amplæ ut percipiant; Oculi magni noctu lucentes, ut tum acutius videant; ex oculis & auribus caput magnum; die cæcutiunt Paſſeribus opprobrio expoſitæ.*

*Habitat in* Europa.
*Minervæ Avis, unde Noctuas Athenas mittere.*

ſcandiaca. 2. S. capite aurito, corpore albido. *Faun. ſvec.* 70. *
*Habitat in* Alpibus Lapponiæ.

Aſio. 3. S. capite aurito, corpore ſupra ferrugineo ſubtus cinereo, alis punctis quinque albis.
Noctua aurita minor. *Catesb. car.* 1. *p.* 7. *t.* 7.
Scops caroliniensis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 497.
*Habitat in* America.

Otus. 4. S. capite auriculato pennis ſenis. *Fn. ſvec.* 71. *Penn. brit. t. B.* 3.
Otus ſ. Aſio. *Bell. av.* 25. 6. *Geſn. av.* 223. *Aldr. orn.* 1. *p.* 525. *Will. orn.* 64. *t.* 12. *Raj. av.* 25. *Friſch. av. t.* 99. *Alb. av.* 2. *t.* 10. *t.* 10.
Bubo Aſio *Briſſ. av.* 1. 486.
*Habitat in* Europa.
*Cristæ auritæ albidæ faſciis ſex fuſcis.*

Scops. 5. S. capite auriculato penna ſolitaria.
Scops. *Aldr. orn. l.* 8. *c.* 4. *Raj. av.* 25. *Will. orn.* 63. *t.* 12. *Briſſ. av.* 1. *p.* 495. *t.* 37. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

* * *Inauriculatæ.*

Nyctea. 6. S. capite lævi, corpore albido maculis lunatis diſtantibus fuſcis. *Faun. ſvec.* 76. *
Aluco albus diurnus. *Edw. av.* 61. *t.* 61. *Briſſ. av.* 1. *p.* 522.
*Habitat in* Lapponia & America *ſeptentrionali.*
*Hyeme evadit ſæpius immaculata nivea.*

Aluco. 7. S. capite lævi, corpore ferrugineo, iridibus atris, remigibus primoribus ſerratis. *Faun. ſvec.* 72. *It. œl.* 69. *
Strix cinerea. *Raj. av.* 26. *n.* 3.
Noctua major. *Friſch. av. t.* 94.
Ulula. *Geſn. av.* 773. *Aldr. orn.* 1. *p.* 540. *Will. orn.* 68. *t.* 13. *Briſſ. av.* 1. *p.* 507. *Penn. brit. t. B.* 1.
*Habitat in* Europa.

8. S.

ſlammea. 8. S. capite lævi, corpore luteo punctis albis, ſubtus albido punctis nigricantibus.
Strix capite lævi, corpore luteo. *Fn. ſvec.* 73.
Noctua guttata. *Friſch. av.* 97.
Aluco minor. *Aldr. orn.* 1. *p.* 536, 538. *Will. orn.* 67. *t.* 13. *Raj. av.* 25. *Brünn. orn.* 17.
Ululæ genus alterum. *Geſn. av.* 775.
*Habitat in* Europa.

ſtridula. 9. S. capite lævi, corpore ferrugineo, remige tertio longiore. *Faun ſvec.* 77.
Strix. *Geſn. av.* 738. *Aldr. orn.* 561. *t.* 563. *Will. orn.* 65. *Raj. av.* 25. *Briſſ. av.* 1. *p.* 500.
Noctua major. *Friſch. av.* 95.
*Habitat in* Europa; *victitat Muribus; Veſpertilionibus.*

Ulula. 10. S. capite lævi, corpore ſupra fuſco-albo maculato, rectricibus faſciis linearibus albis. *Fn. ſvec.* 78. *
Noctua major. *Briſſ. av.* 1. *p.* 511.
Noctua. *Will. orn. t.* 13. *Alb. av.* 3. *t.* 7.
Noctua ſaxatilis. *Geſn. av.* 622. *Aldr. orn.* 1. *p.* 545.
Ulula flammeata. *Friſch. av. t.* 98.
*Habitat in* Europa.

funerea. 11. S. capite lævi, corpore fuſco, iridibus flavis. *Fn. ſvec.* 75. *
Strix canadenſis. *Briſſ. av.* 1. *p.* 518. *t.* 37. *f.* 2.
*Habitat in* Europa & America *ſeptentrionali.*
Corpus *ſupra fuſcum maculis albis.* Caput *ſupra atrum punctis albis.* Roſtrum *ſupra album.* Pectus & Abdomen *albida faſciis linearibus transverſis.* Remiges 5 *primores interiores ad marginem exteriorem non albo maculatæ.* Rectrices *faſciis anguſtis albidis: intermediis vix apice albentibus.*

paſſerina. 12. S. capite lævi, remigibus maculis albis quinque ordinum. *Fn. ſvec.* 79. *
Noctua minor. *Briſſ. av.* 1. *p.* 514.
Noctua minima. *Geſn. av.* 620. *Aldr. orn.* 1. *p.* 543. *t.* 544. *Will. orn.* 69. *t.* 13. *Raj. av.* 26. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 12. *t.* 12. *Friſch. av. t.* 100. *Edw. av.* 39. *t.* 228.
*Habitat in* Europa, *victitat Veſpertilionibus, Gryllis. Magnitudo Paſſeris.*

## 44. LANIUS. *Roſtrum* rectiuſculum, dente utrinque verſus apicem, baſi nudum. *Lingua* lacera.

forficatus. 1. L. cauda forficata, criſta frontali erecta, corpore nigro-viridante.
Muſcicapa madagaſcarienſis nigra major criſtata. *Briſſ. av.* 2. *p.* 388. *t.* 37. *f.* 4.
*Habitat in* Madagaſcar.
Criſta *ad baſin roſtri erecta.* Cauda *admodum longa.*

cærulescens. 2. L. cauda forficata, corpore nigro-cæruleſcente, abdomine albo.
Lanius cauda forficata. *Edw. av.* 56. *t.* 56. *Briſſ. av.* 2. *p.* 189.
*Habitat in* Bengala.

criſtatus. 3. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore rufeſcente, ſubtus fulvo fuſcoque undulato.
Lanius fulvus criſtatus. *Edw. av.* 54. *t.* 54.
Lanius bengalenſis rufus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 173.
*Habitat in* Bengala.

canadenſis. 4. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore rufeſcente, ſubtus albido.
Lanius canadenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 171. *t.* 18. *f.* 3.
*Habitat in* Canada.
*Remiges Rectricesque nigricantes marginibus albis.*

macrourus. 5. L. cauda cuneiformi longiſſima cæruleſcente, capite criſtato.
Colius ſenegalenſis criſtatus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 306. *t.* 16. *f.* 3.
*Habitat in* Senegal.

ludovicianus. 6. L. cauda cuneiformi cinereus, remigibus nigris baſi rectricibusque apice albis.
Lanius ludovicianus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 162. *t.* 15. *f.* 2.
*Habitat in* Ludovicia.

*Faſcia*

---

Lanii *accedunt* Accipitribus *laniena*, Picis *moribus*, Paſſeribus *ſtatura*, *adeoque tanquam inter hos medii.*

*Faſcia ſub oculis nigra. Rectrices mediæ 6, 6, totæ nigræ, reliquæ baſi apiceque albæ. Remiges ſecundariæ apice albæ.*

Nengeta. 7. L. cauda cuneiformi apice alba, corpore cinereo ſubtus albido
Cotinga cinerea. *Briſſ. av.* 2. *p.* 353.
Pica griſea braſilienſis. *Edw. av.* 231. *t.* 318.
Guiraru Nheengeta. *Marcgr. braſ.* 209. *Will. orn.* 170. *Raj. av.* 166. *n.* 5.
*Habitat in* Braſilia.

curviroſtris. 8. L. cauda cuneiformi, corpore albo, dorſo nigro, remigibus primoribus quinque macula alba
Collurio madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 191. *t.* 19. *f.* 1.
*Habitat in* Madagaſcar.
Mandibulæ *inferioris apex reflexus, uti ſuperioris.* Occiput *nigro-vireſcens.* Rectrices *medietate interiore cinereæ, exteriore nigræ, apice albo.*

collaris. 9. L. cauda cuneiformi, corpore nigro, ſubtus albo, remigibus primoribus baſi albis.
Lanius capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 182. *t.* 15. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
*Rectrices apice albæ exceptis intermediis.*

lucionenſis. 10. L. cauda cuneiformi, macula aurium nigra, rectricibus rufeſcentibus apice fuſco-faſciatis.
Lanius lucionenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 169. *t.* 18. *f.* 1.
*Habitat in inſula* Lucionenſi.
Corpus *griſeo-rufeſcens; ſubtus albido-rufeſcens.*

Excubitor. 11. L. cauda cuneiformi lateribus alba, dorſo cano, alis nigris macula alba. *Fn. ſvec.* 80. *
Ampelis cæruleſcens, alis caudaque nigricantibus. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 181.
Lanius cinereus major. *Geſn. av.* 579. *Aldr. orn.* 1. *p.* 384. *t.* 386. *Will. orn.* 53. *t.* 10. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 2. *p.* 13. *t.* 13. *Briſſ. av.* 2. *p.* 141.
Pica cinerea. *Friſch. av. t.* 59.
*Habitat in* Europa. *Accipitres adventantes obſervat & aviculis indicat.*

Collurio. 12. L. cauda ſubcuneiformi, dorſo griſeo, rectricibus quatuor intermediis unicoloribus, roſtro plumbeo. *Fn. ſvec.* 81. * *Penn. brit. t. C. f.* 1.
Ampelis dorſo griſeo, macula ad oculos longitudinali. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 180. *t.* 2. *f.* 180.
Lanius tertius. *Will. orn.* 54. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 2. *p.* 14. *t* 14. 15.
Lanius Collurio. *Briſſ. av.* 2. *p.* 152.
Lanius rufus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 147.
Pica media Lanius medius. *Friſch. av. t.* 60.
*Habitat in* Europa. *Scarabæos Pruno ſpinoſa perforat; cerebra avicularum effodit, earum Simia.*

Tyrannus. 13. L. cinereus ſubtus albus, vertice nigro: ſtria longitudinali fulva.
Muſcicapa corona rubra. *Catesb. car.* 1. *p.* 55. *t.* 55.
Muſcicapa tyrannus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 391.
Pica americana criſtata. *Friſch. av.* 4. *t.* 62.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Mas omnes aves, etiam Accipitres, dum femina incubat, procul a nido diſcedere cogit; in cavis arborum nidificat.*
*Color obſcure cinereus, abdomine albo.* Rectrices *fuſcæ marginibus rufis.* Capitis *ſtria verticalis longitudinalis e pennis fulvis apice nigricantibus.*

Schach. 14. L. luteſcens fronte alisque nigris.
Lanius A-ſcack. *Osb. iter.* 227.
*Habitat in* China. *P. Osbeck.*
Magnitudo *præcedentium.* Caput & *Collum ſupra griſeum.* Collum *ſubtus teſtaceo-albidum.* Dorſum & Abdomen *pallide teſtacea.* Remiges *nigræ: primores baſi albæ; ſecundariæ apice albicantes.*

Pitangva. 15. L. niger ſubtus flavus, vertice ſtria fulva, faſcia oculari alba.
Muſcicapa tyrannus braſilienſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 401. *t.* 36. *f.* 5.
Pitangua guacu. *Marcgr. braſ.* 216. *Will. orn.* 145. *Raj. av.* 165.
*Habitat in* Braſilia.
*Alæ ſubtus & Abdomen flaviſſima.*

doliatus. 16. L. cauda rotundata, corpore albo nigroque confertim ſubfaſciato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 12. *
Lanius cayanenſis ſtriatus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 187. *t.* 29. *f.* 3. *Edw. av.* 5. *p.* 35. *t.* 226.

Ha-

*Habitat in* America meridionali.
*Capitis pennæ longiores albæ apice nigræ, quas dum erigit criſtatus.*

rufus. 17. L. rufus, ſubtus albus, capite nigro-vireſcente.
Lanius madagaſcarienſis rufus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 178. *t.* 18. *f.* 4.
*Habitat in* Madagaſcar.

barbarus. 18. L. niger, ſubtus ruber, vertice femoribusque fulvis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 185. *t.* 17. *f.* 2.
*Habitat in* Senegal.
*Remiges Rectricesque nigræ.*

ſulphuratus. 19. L. fuſcus, ſubtus flavus, capite nigricante: faſcia ambiente albida.
Lanius cayanenſis luteus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 176. *t.* 16. *f.* 4.
*Habitat in* Cayania.

cayanus. 20. L. cinereus, capite remigibus rectricibusque primoribus nigris.
Lanius cayanenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 158, 160. *t.* 14. *f.* 1, 2.
*Habitat in* Cayania.

Senegalus. 21. L. griſeus, ſubtus albidus, vertice faſciaque oculari nigris. rectricibus nigris apice albis.
Lanius ſenegalenſis cinereus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 167. *t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Senegal.
Remiges *latere exteriore rufæ.* Rectrices 66 *obſolete fuſco-faſciatæ, apice concolores.*

madagaſcarienſis. 22. L. cinereus, ſubtus albidus, loris nigris, rectricibus rufeſcentibus.
Lanius madagaſcarienſis minor. *Briſſ. av.* 2. *p.* 264. *t.* 16. *f.* 1, 2.
Magnitudo *Paſſeris.* Macula *nigra utrinque inter nares & oculos.* Alarum *tectrices ſuperiores rufæ.* Rectrices *maximam partem rufæ.*) Mas *gula juguloque nigro.*

Emeria. 23. L. griſeus ſubtus albus, temporibus uropygioque rubris.
Lanius bengalenſis fuſcus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 175.

Ruticilla bengalenſis. *Edw. av.* 4. *p.* 190. *t.* 190. *Alb. av.* 3. *p* 24. *t.* 56.
*Habitat in* Bengala.

jocoſus. 24. L. cauda rotundata, corpore griſeo, palpebra inferiore purpurea, ano ſanguineo. *Amoen. acad.* 4. *p.* 238.
Merula ſinenſis criſtata minor. *Briſſ. av.* 2. *p.* 255. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* China. *Osbeck.*
*Caput nigrum. Gula alba. Abdomen albicans.*
*Roſtrum rectius quam in reliquis, ſed utrinque intra apicem emarginatum.*

infauſtus. 25. L. dorſo cinereo: rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis faſcia nigricante, cauda rotundata.
Corvus infauſtus. *Fn. ſvec.* 93. *
Merula ſaxatilis. *Geſn. av.* 732. *Will. orn.* 145. *t.* 36. *Raj. av.* 68. *Alb. av.* 3. *p.* 51. *t.* 55. *Briſſ. av.* 2. *p.* 238.
*Habitat in* Europæ *ſylvis deſertis, alpinis; proterva avis, comeſſantes peregrinatores ſæpe adiens, carnesque disjectas rapiens.*
*Roſtrum emarginatum utrinque; Pennarum radii laxi ut in L. jocoſo, moresque hoc genus indicant, quamvis roſtri baſis pennis recumbentibus tecta, ut in Corvis.*

fauſtus. 26. L. griſeus, ſubtus ferrugineus, lineola alba pone oculos, cauda rotundata. *Amoen. acad.* 4. *p.* 241. *
*Habitat in* China.
*Plumis laxiſſimis cum L. infauſto convenit.*

II. PI-

## II. PICÆ.

*Roſtrum ſubcompreſſum, convexum.*

45\. PSITTACUS. *Roſtrum* aduncum: mandibula ſuperiore mobili cera inſtructa.
*Nares* in Roſtri baſi.
*Lingua* carnoſa, obtuſa, integra.
*Pedes* ſcanſorii.

* *Macrouri cauda cuneiformi.*

Macao. 1. P. macrourus ruber, remigibus ſupra cæruleis, ſubtus rufis, genis nudis rugoſis.
Pſittacus maximus alter. *Aldr. orn.* 1. *p.* 665. *t.* 666. *Will. orn.* 73. *Raj. av.* 29.
Pſittacus ruber & cæruleus. *Edw. av.* 158. *t.* 158.
Pſittacus Ara braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 184. *t.* 19. *f.* 1.
Pſittacus major de macao. *Alb. av.* 1. *p.* 11. *t.* 11.
Pſittacus erythroxanthus. *Geſn. av.* 721. *Aldr. orn.* 1. *p.* 683.
Araracanga. *Marcgr. braſ.* 206.
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *magnitudine Gallinæ*, *coccineum.* Roſtri *maxilla ſuperior alba*; *inferior nigra.* Tempora *nuda*, *alba*, *rugoſa.* Remiges *imprimis exteriores cæruleæ: tectricibus pluribus luteis.* Cauda *cuneiformis*, *longiſſima.* Rectrices *rubræ*, *lateralibus cæruleis.*

militaris. 2. P. macrourus viridis, alis cæruleis, fronte caudaque rubris, genis nudis lineis plumoſis.
*Habitat in* . . .
Corpus *viride.* Alæ & *Uropygium cærulea.* Cauda *rubra*, *cuneata*, *apicibus rectricum cæruleis.* Frons *rubra.* Roſtrum *nigrum.*

Ararauna. 3. P. macrourus ſupra cæruleus ſubtus luteus, genis nudis: lineis plumoſis.

Pſit-

*Pſittacis omnibus proprium, quod eis Lingua latior, quam ceteris avibus,* Plin.

Pſittacus maximus cyano-croceus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 664. *Will. orn.* 110. *t.* 15. *Raj. av.* 28. 181. *Sloan. jam.* 2. *p.* 296. *Edw. av.* 159. *t.* 159.
Pſittacus Ara braſilienſis cyano-crocea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 193. *t.* 20.
Araraúna. *Marcgr. braſ.* 206. *Will. orn.* 111. *Alb. av.* 3. *p.* 10. *t.* 10. *fem.* & 2. *p.* 16. *t.* 17. *mas.*
*Habitat in* America *meridionali.*
Cærulea *ſupra Collum*, *Dorſum*, *Alas*, *Caudam*. Subtus *Collo*, *Pectore*, *Abdomine*, *Cauda Lutea feminæ*, *ſ. Rubra Maris.* Nigra *Roſtrum* & *Gula.* Palpebræ *ſerratæ papillis nigris.* Tempora *nuda*, *lineata punctis plumoſis cæruleo-nigris.*

obſcurus. 4. P. macrourus fuſcus, genis nudis rubris, vertice cinereo-nigreſcente vario, cauda cinerea. *Haſſelq. iter.* 236.
Pſittacus maſcarinus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 315.
*Habitat in* Africa?
*Capiſtrum nigrum.*

nobilis. 5. P. macrourus viridis, genis nudis, humeris coccineis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 13. *
Pſittacus viridis, alarum coſta ſuperne rubente. *Aldr. orn.* 668. *t.* 669. *Raj. av.* 30, 181. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297.
Pſittacus amazonicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 276.
Pſittacus mediæ magnitudinis. *Will. orn.* 112. *t.* 16.
*Habitat in* Aſia.

ſeverus. 6. P. macrourus viridis, genis nudis, remigibus rectricibusque cæruleis ſubtus purpuraſcentibus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 13.
Pſittacus Ara braſilienſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 198.
Maracana. *Marcgr. braſ.* 207. *Will. orn.* 112. *Raj. av.* 29. *n.* 5. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297. *Edw. av.* 41. *t.* 229.
*Habitat in* America.

* * *Macrouri:* Minores.

Eupatria. 7. P. macrourus viridis, genis nudis, humeris coccineis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Pſittaca ginginiana. *Briſſ. av.* 4. *p.* 343.
*Habitat* . . .

8. P.

japonicus. 8. P. macrourus viridis, ſubtus rectricibusque lateralibus ruber, remigibus cæruleis.
Pſittacus erythrochlorus macrourus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 678. *t.* 681. *Will. orn.* 77. *Raj. av.* 34. *n.* 3.
Pſittaca japonenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 362.
*Habitat in* Japonia.
*Macula cærulea ante & pone oculum.*

amboinenſis. 9. P. macrourus coccineus, dorſo cæruleo, alis macula viridi.
Pſittaca amboinenſis coccinea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 378. *t.* 28. *f.* 2.
*Habitat in* Amboina.
*Roſtrum rubicundum; Rectrices 2 extimæ interius rubro marginatæ.*

cyanocephalus. 10. P. macrourus viridis, capite gulaque cæruleis.
Pſittaca cyanocephala. *Briſſ. av.* 4. *p.* 359. *t.* 19. *f.* 2.
*Habitat in* India orientali.
*Subtus viridi-flavicans, uti etiam in alis paſſim.*

borneus. 11. P. macrourus ruber, remigibus rectricibusque apice viridibus, alis macula cærulea, orbitis fuſcis.
Pſittacus coccineus, cauda longiore. *Edw. av.* 173. *t.* 173.
Pſittaca fortunarum inſulæ. *Briſſ. av.* 4. *p.* 373.
*Habitat in* India: Borneo.

ſolſtitialis. 12. P. macrourus luteus, alarum tectricibus viridibus, orbitis rubris, rectricibus lateralibus extus cæruleis.
Pſittacus angolenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 13. *t.* 13.
Pſittacus luteus, cauda longa. *Friſch. av. t.* 53.
Pſittaca angolenſis lutea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 371.
*Habitat in* Guinea, Angola.

carolinenſis. 13. P. macrourus viridis, capite collo genibusque luteis.
Pſittacus carolinenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 11. *t.* 11. *Briſſ. av.* 4. *p.* 350.
*Habitat in* Carolina, Virginia.

Alexandri. 14. P. macrourus viridis, collari pectoreque rubro, gula nigra. *Amoen. acad.* 4. *p.* 236. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 14. *

Pſit-

Pſittacus *cubicularius*, cauda cuneiformi, digito anteriore poſtico mutico. *Haſſelq. itin.* 235.
Pſittacus javanicus. *Oſb. itin.* 101.
Pſittacus torquatus macrourus antiquorum. *Aldr. av.* 1. *p.* 678. *Will. orn.* 77. *t.* 16. *f.* 3. *Raj. av.* 33. *Edw. av. t.* 292. *f.* 1.
Pſittaca torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 323.
Perrocello. *Olin. av.* 24. *t.* 24.
*Habitat in* China, Bengala, Æthiopia.
Conf. β. Pſittacus viridis ex india orientali. *Alb. av.* 2. *t.* 18.
Pſittaca indica torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 326.
γ. Pſittaca borbonica torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 328. *t.* 27. *f.* 1.
δ. Pſittacula cyanocephalos indica. *Briſſ. app.* 129.
Pſittacus minor capite cæruleo. *Edw. av.* 175. *t.* 292.
*Primus (Totus viridis torque miniato) innotuit ſub expeditione Alexandri magni. Plin.*

pertinax. 15. P. macrourus viridis, genis fulvis, remigibus rectricibusque caneſcentibus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14.
Pſittacus minor viridis, cauda longa & malis croceis. *Friſch. av.* 4. *t.* 54.
Pſittacus fauce lucida. *Edw. av.* 49. *t.* 234.
Pſittaca illiniaca. *Briſſ. av.* 4. *p.* 353.
Tui-apute-juba 2. *Marcgr. braſ.* 206. *Raj. av.* 34. 181.
*Habitat in* America.

canicularis. 16. P. macrourus viridis, fronte rubra, occipite remigibusque extimis cæruleis, orbitis fulvis.
Pſittacus capite rubro cæruleoque. *Edw. av.* 176. *t.* 176.
Pſittaca braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 339.
Tui-apute-juba. *Marcgr. braſ.* 206. *n.* 2. *Raj. av.* 34. *Will. orn.* 116.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Turdi. Cauda corpore longior.*

æruginoſus. 17. P. macrourus viridis, vertice remigibusque primoribus cæruleis, orbitis cinereis.
Pſittacus minor, gutture fuſco, occidentalis. *Edw. av.* 177. *t.* 177.
Pſittaca martinica. *Briſſ. av. p.* 356.

Ha-

*Habitat in* America.
*Cauda corpore brevior.*

rufiroſtris. 18. P. macrourus viridis, roſtro pedibusque rubris, rectricibus apice cæruleſcentibus, orbitis incarnatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 13. *
Pſittacus minor macrourus totus viridis. *Aldr. orn.* 1. *p.* 678. *Will. orn.* 77. *Raj. av.* 33. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297.
Pſittacus minor viridis, cauda longiore. *Edw. av.* 175. *t.* 175.
Pſittaca. *Briſſ. av.* 4. *p.* 319.
*Habitat in* America.
*Parvus eſt.*

ornatus. 19. P. macrourus luteo-viridis, occipite gula pectoreque rubris, vertice auribusque cærulæis, orbitis cinereis.
Pſittacus minor e coccineo viridis. *Edw. av.* 174. *t.* 174.
Pſittaca indica varia. *Briſſ. av. p.* 366.
Avis paradiſiaca orientalis elegantiſſima. *Seb. muſ.* 1. *t.* 60. *f.* 2, 3.
*Habitat in* Aſia.

agilis. 20. P. ſubmacrourus viridis, tectricibus remigum primorum cæruleſcentium fulvis, cauda ſubtus rubra, orbitis cinereis.
Pſittacus minor viridis. *Edw. av.* 168. *t.* 168.
Pſittacus cayanenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 237.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Coccothrauſtis. Cauda cuneiformis, ſed non elongata.*

* * * *Brachyuri cauda æquali.*

coronatus. 21. P. brachyurus viridis: criſta plicatili rubra apice cærulea.
*Habitat in* Surinamo.
*Magnitudo Pſ. criſtati.* Frons *flava.* Criſta *ſpecioſa, coccinea apicibus lucide cæruleis.* Rectrices *extimæ latere exteriore cæruleæ.* Criſſum *rubrum pennarum apicibus cæruleis.*

criſtatus. 22. P. brachyurus albus criſta plicatili flava.
Pſittacus albus criſtatus. *Aldr. orn. l.* 11. *c.* 4. *Will. orn.*

*orn.* - - *Raj. av.* 30. *Seb. muſ.* 1. *p.* 94. *t.* 59. *f.* 1. *Alb. av.* 3. *p.* 12. *t.* 12. *Edw. av.* 160. *t.* 160. *Friſch. av.* 4. *t.* 50.
Cacatua. *Briſs. av.* 4. *p.* 204. *t.* 21.
*Habitat in* China.
*Confer* album minorem. *Edw. t.* 317. *&* nigrum. *Edw. t.* 316.
Criſta *plicatilis Upupæ, tegens verticis calvitiem pennis duplici ſerie ſed alternatim connivente imbricatis, quas erigit affectu quovis excitato; hac criſta aliis ſubtus flaveſcens, aliis rufeſcens. Pennæ, palpata ave, inquinant farina manus.*

erythroleucus. 23. P. brachyurus cinereus, uropygio rectricibus remigibusque coccineis. †
Pſittacus erythroleucus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 675. *Will. orn.* 76. *Raj. av.* 31. *n.* 7.
Cacatua alis & cauda rubris. *Briſſ. av.* 4. *p.* 214.
*Habitat* - - -
*Magnitudo Gallinæ.*

erithacus. 24. P. brachyurus canus, temporibus nudis albis, cauda coccinea. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14.
Pſittacus cinereus ſ. ſubcæruleus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 675. *t.* 676. *Raj. av.* 31. *n.* 8. *Alb. av.* 1. *p.* 12. *t.* 12. *Friſch. av.* 4. *t.* 51. *Briſs. av.* 4. *p.* 310.
*Habitat in* Guinea, Jamaica.
*Hic loquax varias modulatur gutture voces*
*Scurrili ſtrepitu, quidquid & audit ait.*

garrulus. 25. P. brachyurus ruber, orbitis cinereis, genibus aliſque viridibus, rectricibus medietate poſtica cæruleis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 14. *
Pſittacus ruber, remigibus rectricibusque introrſum purpureis. *It. wgoth.* 137.
Pſittacus rufus, femoribus & alis viridibus. *Friſch. av.* 4. *t.* 45.
Pſittacus coccineus, alis e viridi & nigro variis. *Edw. av.* 172. *t.* 172.
Pſittacus Lory. *Raj. av.* 151.
Pſittacus lorius ceramenſis. *Briſs. av.* 4. *p.* 215.
β. Pſittacus *auroræ* brachyurus coccineus, alis viridibus nigriſque, rectricibus flavis medietate poſtica vireſcentibus. *Syſt. nat.* 10. *n.* 22.

Pſitta-

Pſittacus coccineus orientalis, alis ex viridi & nigro variis. *Raj. av.* 31.

γ. Lorius moluccenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 219. *t.* 33. *f.* 1.
*Habitat in* India *orientali.*
Corpus *coccineum*, *magnitudine Turdi*. Alarum *tectrices virides*. Remiges *nigræ margine exteriore viridi*; *ſubtus purpuraſcentes*. *Annulus viridis ſupra genua*. Pedes *nigri*. Roſtrum *flavum*. *Raj.*

Domicella. 26. P. brachyurus ruber, pileo violaceo, alis viridibus, humeris genibusque cæruleis, orbitis fuſcis.
Pſittacus coccineus orientalis, vertice nigro. *Edw. av.* 171. *t.* 171.
Pſittacus lorius orient. indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 222. *t.* 24. *f.* 1.
Pſittacus rufus, vertice nigro, alis viridibus, femoribus cæruleis. *Friſch. av. t.* 44.
*Habitat in* Aſia.

Lory. 27. P. brachyurus purpureus, pileo violaceo, alis viridibus, pectore genibus caudaque cæruleis, orbitis ſubincarnatis.
Pſittacus coccineus orientalis, vertice nigro. *Edw. av.* 170. *t.* 170.
Pſittacus lorius philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 225. *t.* 23. *f.* 2.
*Habitat in* India *orientali.*

cærulocephalus. 28. P. brachyurus cæruleus, ventre uropygio caudaque viridibus, vertice flavo, remigibus rectricibusque rubris.
Pſittacus verſicolor ſ. erythrocyaneus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 675. *Will. orn.* 75. *Raj. av.* 31.
Pſittacus guianenſis cæruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 304.
*Habitat in* Guiana.

niger. 29. P. cauda elongata æquali, corpore cæruleſcenti-nigro, roſtro orbitisque albidis.
Pſittacus niger. *Edw. av.* 5. *t.* 5.
Pſittacus madagaſcarienſis niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 317.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Cauda longa*, *ſed æqualis.*

leucocephalus. 30. P. brachyurus viridis, remigibus cæruleis, fronte alba, orbitis niveis.

Pſittacus leucocephalus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 670. *Raj. av.* 31.
Pſittacus viridis, fronte alba, collo rubro. *Friſch. av.* 4. *t.* 46.
Pſittacus martinicanus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 242.
Pſittacus viridis, capite albo. *Edw. av.* 166. *t.* 166.
Pappagallo. *Olin. av.* 23.
*Habitat in* America.
Corpus *magnitudine Cuculi, viride pennis margine nigris.* Caput *ſupra & ad latera cæruleum; frons oculorumque regione alba.* Gula *tota rubra.* Remiges *nigræ latere exteriore denudato cæruleæ.* Rectrices *æquales, virides, baſi rubræ, apice flaveſcentes; at* 1, 1 *latere exteriore cæruleo;* 6, 6 *unicolores.* Abdomen *poſtice ferrugineum.*

lucionenſis. 31. P. brachyurus viridis, occipite uropygioque cæruleis, alis nigro cæruleo rubroque notatis.
Pſittacus lucionenſis. *Briſs. av.* 4. *p.* 295. *t.* 22. *f.* 2.
*Habitat in* Philippinis *inſulis.*

æſtivus. 32. P. brachyurus viridis luteo ſubmaculatus, fronte cærulea, humeris ſanguineis, orbitis incarnatis.
Pſittacus viridis melanorhynchos. *Aldr. av. l.* 11. *c.* 7. *Raj. av.* 30.
Pſittacus major viridis, maculis luteis & rubris. *Friſch. av.* 49.
Pſittacus amazonicus varius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 281. *t.* 26. *f.* 2.
Pſittacus 2 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 205. *Willh. orn.* 76. *Raj. av.* 33. *n.* 2.
Pſittacus viridis major occidentalis. *Edw. av.* 162. *t.* 162.
Pſittacus viridis, capite luteo, fronte cærulea. *Friſch. av.* 4. *t.* 47.
Pſittacus amazonicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 256.
Ajurucurau 1. *Marcgr. braſ.* 205. *Raj. av.* 32.
*Habitat in* America.
Corpus *magnitudine Columbæ, viride, dorſo adſperſo pennis fulvis.* Facies *flava.* Frons *cærulea.* Vertex *albidus.* Rectrices *virides apice pallidiores:* 1, 2, 3

Pſittaci *monogami, per paria incedunt, garruli, loquaces, meditabundi, dociles, longævi; victitant imprimis nucibus, glandibus, ſeminibus Cucurbitæ, Carthami; inſcandunt roſtro, irati pennas erigunt, Avium Simiæ.*

2, 3 *baſi interiore rubra; at 1 etiam latere exteriore cærulea. Humeri fulvi ſ. ſanguinei.* Remiges *primores nigræ apice cæruleſcentes, latere interiore nigræ, exteriore virides; ſecundariæ anteriores latere exteriore verſus baſin rubræ.* Roſtrum *nigrum. Adeoque omnes colores: albus, flavus, fulvus, ruber, viridis duplex, cæruleus, niger.*

amazonicus. 33. P. brachyurus ſubvireſcens, fronte flava, temporibus fulvis.

Pſittacus amazonicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 257.
Pſittacus viridis, capite luteo, fronte cærulea. *Friſch. av. t.* 47.
Ajurucurau 2. *Marcgr. braſ.* 205. *Will. orn.* 76. *Raj. av.* 33.
*Habitat in* Surinamo.
*Affinis Pſ. æſtivo, ſed duplo major.* Remiges *exteriores cæruleæ, medio rubræ.* Rectrices *extimæ medio exteriore cæruleæ; laterales interiore latere rubræ.*

paradiſi. 34. P. brachyurus luteus, gula ventre rectricumque baſi rubris.

Pſittacus paradiſi ex cuba. *Cateſb. car.* 1. *p.* 10. *t.* 10.
Pſittacus luteus inſulæ cubæ. *Briſſ. av.* 4. *p.* 308.
*Habitat in* America.

feſtivus. 35. P. brachyurus viridis, fronte purpuraſcente, ſuperciliis gulaque cæruleis, dorſo ſanguineo.

*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine Columbæ.*

braſilienſis. 36. P. brachyurus viridis, facie rubra, temporibus cæruleis, orbitis cinereis.

Pſittacus viridis braſilienſis. *Edw. av.* 161. *t.* 161.
Pſittacus braſilienſis, fronte rubra. *Briſſ. av.* 4. *p.* 254.
*Habitat in* Braſilia.
*Avis* viridis *flavo contaminata.* Rubrum *infra flexuram alæ & in exteriore latere rectricum* 2, 2; cæruleum *in latere exteriore remigum rectricumque primorum.*

autumnalis. 37. P. brachyurus viridis, fronte remigumque macula coccinea, vertice remigibusque primoribus cæruleis.

Pſittacus viridis minor occidentalis. *Edw. av.* 164. *t.* 164.
Pſittacus americanus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 293.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Columbæ.* Corpus *viride.* Oculorum *regio cærulea.* Alarum *tectrices primores cæruleæ, baſi rubræ.* Remiges *primores cærulea, poſteriores virides.* Rectrices *ſupra virides, apice flaveſcentes: extimo latere exteriore cæruleo; ſubtus flavæ, baſi rufeſcentes, medio macula viridi.*

accipitrinus. 38. P. ſubbrachyurus viridis, capite griſeo, collo pectoreque ſubviolaceo vario, remigibus rectricibusque apice cæruleis.
Pſittacus orientalis capite accipitris. *Edw. av.* 165. *t.* 165.
Pſittacus elegans. *Cluſ. exot.* 365. *Raj. av.* 32. *Will. orn.*
Pſittacus varius indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 300.
*Habitat in* India.
*Similis P. menſtruo, ſed criſſum non eſt rubrum, orbitæ fuſcæ.*

menſtruus. 39. P. brachyurus viridis, capite cæruleſcente, criſſo rubro.
Pſittacus guianenſis cyanocephalus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 247. *Edw. av. t.* 314.
*Habitat in* Surinamo. *D. D. Bierchén. Vox Monedulæ.*
Corpus *magnitudine Turturis.* Caput *Collumque cæruleſcens pennis fuſcis, apice cæruleis.* Dorſum *alæque virides.* Tectrices *alarum flaveſcenti-virides.* Abdomen *virens pennarum apicibus cæruleſcentibus.* Remiges *virides, interiore margine fuſcæ.* Rectrices *virides, apice cæruleſcentes, ſed* 1, 2, 3 *interiore latere, a baſi ad medium, ſanguineæ; exteriore latere toto cæruleæ.* Criſſum *rubrum apicibus pennarum flaveſcenti-cæruleis.* Roſtrum *corneum: mandibula ſuperiore lateribus fulva.* Oculi *nigri.* *Orbitæ cæruleo-caneſcentes.*

ſordidus. 40. P. brachyurus ſubfuſcus, gula cærulea, alis caudaque viridibus, roſtro criſſoque rubris.
Pſittacus novæ hiſpaniæ. *Briſſ. av.* 4. *p.* 303.
Pſittacus fuſcus. *Edw. av.* 167. *t.* 167.
*Habitat in* Mexico.

41. P.

melanocephalus. 41. P. brachyurus viridis, ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo, orbitis incarnatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 15. *
Pſittacus coccineus, ventre albo. *Edw. av.* 169. *t.* 169.
Pſittacus mexicanus, pectore albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 297.
*Habitat in* Mexico.

collarius. 42. P. brachyurus viridis, gula rubente.
Pſittacus minor, collo miniaceo. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297. *Raj. av.* 181.
Pſittacus jamaicenſis, gutture rubro. *Briſſ. av.* 4. *p.* 241.
*Habitat in* America.

Senegalus. 43. P. brachyurus viridis, ſubtus luteus, capite cinereo, orbitis oculorum nigris nudis.
Pſittacula ſenegalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 400. *t.* 23. *f.* 2.
*Habitat in* Senegal.
*Rectrices cinereæ, verſus apicem virides evadentes.*

chryſopterus. 44. P. brachyurus viridis, alis macula cærulea fulvaque, orbitis nudis albis.
Pſittacus minor, alis aureis. *Edw. av.* 177. *t.* 293. *f.* 2.
Pſittacula alis deauratis. *Briſſ. app.* 130.
*Habitat in* India.
*Remiges primores quatuor cæruleæ, at* 5 - 8 *externe fulvæ.*

puſſarius. 45. P. brachyurus viridis, fronte rubra, cauda fulva faſcia nigra, orbitis cinereis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 15. *
Pſittacus parvus viridis, ex india orientali. *Alb. av.* 3. *p.* 15. *t.* 15.
Pſittacus minimus viridis, cum fronte & gula rubra. *Friſch. av.* 4. *t.* 54.
Pſittacus guineenſis. *Edw. av. t.* 237. *f.* 1.
Pſittacus puſillus viridis æthiopicus. *Raj. av.* 31.
Pſittacus minimus. *Cluſ. exot.* 365.
Pſittacus minor verſicolor. *Seb. muſ.* 2. *p.* 40. *t.* 40. *f.* 1.
Pſittacula guineenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 387.
*Habitat in* Aſia, Æthiopia.

Galgulus. 46. P. brachyurus viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice cæruleo. *Amœn. acad.* 4. *p.* 236. *Oſb. itin.* 101. *Muſ. Ad. Fr.* 16. *
Pſittacus minor, vertice ſapphirino. *Edw. av. t.* 293. *f.* 1.
Pſittacula philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 392. *t.* 30. *f.* 1.
Avicula cechini. *Aldr. orn. l.* 20. *p.* 560.
*Habitat in* India.
*Conf. Edw. t.* 6.
*Pede altero ſuſpenſus dormit. Plin. X,* 33: *Galgulos ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmat, quia tutiores ita ſe ſperent.*

paſſerinus. 47. P. brachyurus luteo-virens, macula alarum alisque ſubtus cæruleis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14. & 2. *p.* 16. *
Pſittacula braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 384.
Pſittacus. *Edw. av.* 5. *p.* 51. *t.* 235.
*Habitat in* America.
*Conf. Edw. t.* 293. *f.* 2.
*Magnitudo Paſſeris. Remiges ſubtus & tectrices alarum primariæ cæruleæ. Roſtrum Pedesque flava.*

## 46. RAMPHASTOS. *Roſtrum* maximum, inane, convexum, extrorſum ſerratum: mandibula utraque apice incurva. *Nares* pone roſtri baſin. *Lingua* pennacea. *Pedum* ſcanſorii plerisque.

viridis. 1. R. viridis, abdomine flavo, uropygio rubro.
Tucana cajanenſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 423. *t.* 32. *f.* 1.
Tucan pectore flavo. *Edw. av.* 253. *t.* 329.
*Habitat in* Cayana.

piperivorus. 2. R. viridis antice niger, criſſo femoribusque rubris.
Tucana cajanenſis torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 429. *t.* 32. *f.* 2.
Tucan viridis. *Edw. av.* 255. *t.* 330.

Habi-

*Habitat in* Cayana.
Roſtrum *nigrum baſi rubra.* Caput & *Pectus nigra.*

Aracari. 3. R. viridis, faſcia abdominali, criſſo uropygioque rubris, abdomine flavo.
Ramphaſtos roſtro nigro, mandibula ſuperiore lateribus alba baſi triloba. *Syſt. nat.* 1. *p.* 104.
Tucana braſilienſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 426. *t.* 33. *f.* 2.
Aracari. *Marcgr. braſ.* 217. *Will. orn.* 96. *t.* 22. *Raj. av.* 44.
*Habitat in* America *meridionali.*
Roſtri *Mandibula ſuperior dorſo apiceque nigra, lateribus albicans, baſi triloba ad nares, arcu albo ad radicem; inferior nigra.* Caput, Alæ, Caudaque *nigra.* Pectus & Abdomen *flava coccineaque cum macula nigra ſubrotunda in medio pectore; ſimilisque macula transverſalis ad initium ventris.* Uropygium *coccineum.* Femora *rufa. D. Jacquin.*

piſcivorus. 4. R. nigricans, faſcia abdominali criſſoque rubris, uropygio albo.
Tucana ſ. Pica braſilienſis. *Edw. av. t.* 64.
Tucana braſilienſis gutture albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 413.
Picus americanus. *Hern. mex.* 697.
Xochitenacatl tertia. *Raj. av.* 178.
*Habitat in* America *auſtrali.*
Roſtrum *luteum macula coccinea in apice; mandibula inferior cærulea.* Pedes *cærulei.* Nigra *Pileus, Dorſum, Alæ, Cauda, Venter, Femora.* Albida *Tempora, Gula, Pectus, Uropygium.* Rubra *Faſcia pectoralis & Criſſum.*

Tucanus. 5. R. nigricans, faſcia abdominali criſſo uropygioque flavis.
Ramphaſtos roſtro rubro carina obtuſa-albida. *Syſt. nat.* 1. *p.* 103.
Tucana. *Marcgr. braſ* 217.
Tucana roſtro rubro. *Edw. av.* 238.
Tucana braſilienſis gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 419. *t.* 32 *f.* 1.
Toucan ſurin. niger ex albo flavo rubro mixta. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 13.

*Habitat in* America *meridionali*; *victitans fructibus Muſæ.*

Roſtrum *flaveſcens*, *verſus baſin faſcia nigra.* Collum *ſubtus* & *Genæ albæ.* Rectrices *decem.*

piperivorus... 

**piscatus.** 6. R. nigricans, pectore luteo, criſſo rectricumque apicibus rubris, uropygio nigro.

Ramphaſtos roſtro rubro apice nigro carina compreſſa. *Syſt. nat.* 1. *p.* 103.

Tucana. *Briſſ. av.* 4. *p.* 408.

Pica braſilienſis. *Geſn. av.* 800. *Aldr. orn.* 1. *p.* 801. *Will. orn.* 88. *t.* 20. *Raj. av.* 44.

*Habitat in* America *meridionali.*

Abdomen & *Criſſum rectricumque apices coccinea.* Uropygium *nigrum.*

**diſcolorus.** 7. R. nigricans, pectore abdomine criſſo uropygioque rubris, gula lutea.

Tucana cayanenſis, gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 411. *t.* 31. *f.* 1.

Tucan pectore flavo. *Edw. av.* 330. *t.* 329.

*Habitat in* Cayana.

**Momota.** 8. R. pedibus greſſoriis, rectricibus duabus intimis medio denudatis.

Momot. *Will. orn.* 298. *Raj. av.* 164. *Edw. av.* *t.* 328. *Briſſ. av.* 4. *p.* 465. *t.* 35. *f.* 3.

Guira Guainumbi. *Marcgr. braſ.* 193. *Raj. av.* 49.

*Habitat in* America *meridionali*; *victitans carne cruda, cujus fruſtula in aqua macerat, roſtro prehenſa violentis ictibus verberat. Vox rauca tremula debilis. D. Jacquin.*

Corpus *magnitudine Merulæ ſplendide vireſcenti-fuſcum, ſubtus flaveſcens.* Caput *majuſculum; vertice nigro poſtice faſcia cærulea. Frons & Tempora vireſcentia. Myſtaces ad angulos oris longiores mobiles.* Cauda *longiſſima, cuneiformis: Rectricibus 2 mediis longioribus in medio (abſque radiis) nudis.* Roſtrum *mediocre, atrum.* Pedes *nigri digito tantum uno poſtico. Ungues adunci. Differt a præcedentibus Roſtro mediocri & Pedibus non ſcanſoriis; at lingua pennacea in roſtro ſerrato vetat genus diſtinguere.*

47. BU-

**47. BUCEROS.** *Roſtrum* convexum, curvatum, cultratum, magnum, extrorſum ſerratum; Frontis calvaria nuda, oſſeo-gibboſa.
*Nares* pone roſtri baſin.
*Lingua* acuta, brevis.
*Pedes* greſſorii.

bicornis. 1. B. fronte oſſea plana antrorſum bicorni. *Amœn. acad.* 4. *p.* 237.
Calao. *Pet. gaz.* 43. *t.* 28. *f.* 6. & *t.* 31. *f.* 1. *Will. orn. t.* 17. *f.* 1. *Edw. av.* 2. *p.* 151. *t.* 281. *f. D.*
Hydrocorax philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 568.
*Habitat in* China, Stratſunda.
Corpus *magnitudine Gallinæ, nigrum; ſubtus pectore, abdomine, femoribus album. Macula alba in remigibus alarum.* Cauda *longiuſcula.* Rectrices 10, *nigræ, extimis* 4 *utrinque albis.* Pedes *vireſcentes: digitis* 3 *anticis;* 1 *poſtico.*

Hydrocorax. 2. B. fronte oſſea plana antrorſum mutica, abdomine fulvo.
Hydrocorax. *Briſſ. av.* 4. *p.* 566. *t.* 45.
Corvus indicus. *Bont. jav.* 62. *Will. orn.* 86. *t.* 17. *Raj. av.* 40.
Corvi marini genus. *Cluſ. exot.* 106.
*Habitat in* Moluccis.
*Corpus fuſcum, ſubtus nigricans, Abdomine fulvo.*

Rhinoceros. 3. B. cornu mandibulari frontis recurvato. †
Rhinoceros. *Bont. jav.* 63. *t.* 64. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 4. *Will. orn. t.* 17. *f.* 3. *Worm. muſ.* 293. *Aldr. orn.* 1. *p.* 84. *Beſl. muſ. t.* 20. *Edw. av.* 2. *p.* 151. *t.* 281. *f. B.*
Hydrocorax indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 571.
*Habitat in* India.
*Cum Willughbæus aliique roſtrum extrorſum ſerratum ſiſtant, videtur Ramphaſti potius generis avis eſſe. Fœda fœtidaque cadaveribus victitans, venatores concomitans exenterata inteſtina ingurgitatura.*

naſutus. 4. B. fronte lævi, rectricibus baſi apiceque albis.
Hydrocorax ſenegalenſis melanorynchos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 573. *t.* 46. *f.* 1.
*Habitat in* Senegalia.
*Corpus magnitudine Picæ.*
*Conf.* Hydrocorax ſenegalenſis erythrorynchos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 575. *t.* 46. *f.* 2. *an ſolo ſexu differens?*

## 48. BUPHAGA. *Roſtrum* rectum, ſubquadrangulare: mandibulis gibbis, integris, extrorſum gibboſioribus. *Pedes* ambulatorii.

africana. 1. BUPHAGA. *Briſſ. av.* 2. *p.* 437. *t.* 42. *f.* 2.
*Habitat in* Senegal; *dorſo Boum inſidens extrahit Oeſtrorum larvas.*
Corpus *ſupra griſeo-fuſcum; ſubtus ſordide flavicans.* Cauda *cuneiformis; Rectrices* 12 *acutæ, griſeo-fuſcæ, lateralibus interius rufis.*

## 49. CROTOPHAGA. *Roſtrum* compreſſum, ſemiovatum, arcuatum, dorſato-carinatum: Mandibula ſuperiore margine utrinque angulata. *Nares* perviæ.

Ani. 1. C. pedibus ſcanſoriis.
Crotophagus ater, roſtro breviore compreſſo arcuato-cultrato. *Brown. jam.* 474. *Briſſ. av.* 4. *p.* 177. *t.* 18. *f.* 2.
Monedula tota nigra major garrula, mandibula ſuperiore arcuata. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 256. *f.* 1. *Cateſb. car.* 3. *p.* 3. *t.* 3.
Ani. *Marcgr. braſ.* 193. *Will. orn.* 120. *Raj. av.* 35. *n.* 10. & 185. *n.* 29.
*Habitat in* Africa, America. *Nidificant in eodem nido ampliſſimo ſæpe* 50; *victitant Gryllis, imprimis vero Acaris Ricinis in Bobus copioſiſſimis, ideoque acce-*

*accedentibus hiſce Boves ſe proſternunt, ut Ricinos evellant, qui alias nimium multiplicarentur.*

Corpus *nigrum.* Cauda *longa, rotundata.* Pedes *greſſorii, nec ſcanſorii.* Mandibula *ſuperior apice incurvata; dorſo alte carinata carina arcuata.* Nares *ovatæ.* Lingua *carnoſa, integra. Rectrices* 10. Pedes *ſcanſorii.*

ambulatoria. 2. C. pedibus ambulatoriis.
*Habitat in* Surinamo.
*Simillima C. Ani, etiam rectricibus* 10; *ſed pedes minime ſcanſorii.*

## 50. CORVUS. *Roſtrum* convexum, cultratum.
*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectæ.
*Lingua* cartilaginea bifida.
*Pedes* ambulatorii.

hottentottus. 1. C. vireſcenti-ater, cauda æquali, myſtacibus longiſſimis.
Corvus ſplendido nigro-viridans, pennis colli ſuperioris longiſſimis ſtrictiſſimis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 33. *t.* 2. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
*Pennæ a tergo Colli anguſtiores & longiores ſunt, Myſtaces nigræ baſi ſuperioris roſtri, ſetaceæ, capite longiores.*

Corax. 2. C. ater, dorſo atro-cæruleſcente, cauda ſubrotundata. *Fn. ſvec.* 85. *
Corvus. *Geſn. av.* 334. *Aldr. orn.* 1. *p.* 684. *t.* 685. *Jonſt. av.* 38. *t.* 16. *Will. orn.* 82. *t.* 18. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 19. *t.* 20. *Friſch. av. t.* 63. *Briſſ. av.* 2. *p.* 8.
*Habitat in* Europa, *victitat cadaveribus, furto deditus, loqui addiſcit, feris convivalis, clamitans.*

Corone. 3. C. atro-cæruleſcens totus, cauda rotundata: rectricibus acutis. *Fn. ſvec.* 86. *
Cornix. *Geſn. av.* 320. *t.* 321. *Aldr. orn* 1. *p.* 734. *t.* 736.

*t.* 736. *Will. orn.* 83. *t.* 18. *Briſſ. av.* 2. *p.* 12. *Raj. av.* 39. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 20. *f.* 21.
*Habitat in* Europa; *victitat fructibus & cadaveribus. Totus atro-cæruleſcens, ſed antecedens tantum dorſo alarumque baſi cæruleſcens.*

frugilegus. 4. C. ater, fronte cineraſcente, cauda ſubrotundata. *Fn. ſvec.* 87. *It. œl.* 67.
Cornix frugilega. *Aldr. orn.* 1. *p.* 751. *t.* 753. *Will. orn.* 84. *t.* 18. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 21. *t.* 22. *Friſch. av. t.* 64. *Briſſ. av.* 2. *p.* 16.
*Habitat in* Europa, *agris infeſta, gregaria; plures pernoctant ſolita in arbore, unde facile capiuntur. It. œl.* 55.

Cornix. 5. C. cineraſcens, capite jugulo alis caudaque nigris. *Fn. ſvec.* 88. *
Cornix cinerea frugilega. *Geſn. av.* 332. *Aldr. orn.* 1. *p.* 754. *t.* 755. *Will. orn.* 84. *t.* 77. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 22. *t.* 23. *Friſch. av. t.* 65. *Briſſ. av.* 2. *p.* 19.
*Habitat in* Europa; *victitat Larvis, Cochleis, Ranis, quisquiliis; apud nos relegata, at inaudita, quum purget prata a Larvis Phalænæ calamitoſæ graminumque radicibus ſubjacentibus larvis Tipularum. Ventis adverſa conſidet; lepide capitur cucullo papyraceo in nive.*

Monedula. 6. C. fuſcus, occipite incano, fronte alis caudaque nigris. *Faun. ſvec.* 89. *
Graculus ſ. Monedula. *Geſn. av.* 520. *t.* 521.
Monedula ſ. Lupus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 770. *t.* 771. *Will. orn.* 85. *t.* 19. *Raj. av.* 40. *Alb. av.* 1. *p.* 14. *t.* 14. *Friſch. av. t.* 67. *Briſſ. av.* 2. *p.* 24.
*Habitat in* Europæ *agris; hyeme gregaria; pernoctat & nidificat in ſummis turribus.*

glandarius. 7. C. tectricibus alarum cæruleis: lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. *Fn. ſvec.* 90. *
Pica glandaria. *Geſn. av.* 700. *Aldr. orn.* 1. *p.* 788. *t.* 789. *Will. orn.* 88. *t.* 19. *Raj. av.* 41. *Alb. av.* 1. *p.* 16. *t.* 16. *Friſch. av. t.* 55. *Olin. av.* 35.
Garrulus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 47.

*Habi-*

*Habitat in* Europa; *colligit nuces, glandes; ſuperfluas defodit ſeritque, viſitat etiam ſegete & aviculis.*

criſtatus. 8. C. tectricibus alarum lineis transverſis nigris; corpore cæruleo, collari nigro.
Pica glandaria cærulea criſtata. *Robert. ic.* 1676. *t.* 14. *Catesb. car.* 1. *p.* 15. *t.* 15. *Edw. av.* 60. *t.* 239. *f.* 1.
Garrulus canadenſis cæruleus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 54. *t.* 4. *f.* 2.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Præcedenti in multis aſſimilans.*

cayanus. 9. C. ſubviolaceus ſubtus candidus, jugulo fronteque nigris, cauda apice alba.
Garrulus cayanenſis, tribus utrinque maculis in capite albis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 52. *t.* 4. *f.* 1.
*Habitat in* Cayana.
*Pennæ ſincipitis ſurſum erectæ, rigidæ.*

Caryocatactes. 10. C. fuſcus alboque punctatus, alis caudaque nigris; rectricibus apice albis: intermediis apice detritis. *Fn. ſvec.* 91. *
Corvus cinereus, cauda aliſque nigris. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 75.
Caryocatactes. *Geſn. av.* 245. *Will. orn.* 90. *t.* 20. *Raj. av.* 42. *Edw. av.* 240.
Pica abietum nigra guttata. *Friſch. av. t.* 56.
Merula ſaxatilis. *Aldr. orn.* 2. *p.* 630.
Nucifraga. *Briſſ. av.* 2. *p.* 59. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat in* Europa; *edit nuces, præſertim Pini Pineæ.*

Balicaſſius. 11. C. vireſcenti-ater, cauda forficata.
Corvus ſplendide nigro-viridans. *Briſſ. av.* 2. *p.* 31. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Philippinis.

afer. 12. C. violaceo-niger, cauda cuneiformi.
Pica nigro-violacea, remigibus majoribus rectricibusque fuſcis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 40. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* Africa: Senegalia.

Pica. 13. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi. *Faun. ſvec.* 92. *

Pica

Pica varia ſ. caudata. *Geſn. av.* 695. *Aldr. orn.* 1. *p.* 784. *t.* 785. *Jonſt. av.* 44. *t.* 17. *Will. orn.* 87. *t.* 19. *Raj. av.* 41. *Alb. av. t.* 1. *p.* 15. *t.* 15. *Friſch. av. t.* 58. *Briſſ. av.* 2. *p.* 35.
*Habitat in* Europa *nido artificioſo unico introitu.*
*Degit ad pagos, inter hoſtes offenſos, ſylvarum oſor; legit quisquilias, pullos Gallinarum Anſerumque.*

ſenegalenſis. 14. C. nigro-violaceus, cauda cuneiformi, artubus nigris.
Pica ſenegalenſis. *Briſs. av.* 2. *p.* 40. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* Senegal.

brachyurus. 15. C. viridis ſubtus lineisque capitis fulveſcentibus, alis macula alba.
Pica cauda brevi. *Edw. av.* 3. *p.* 242. *t.* 324.
Pica indica vulgaris. *Raj. av.* 195. *t.* 1. *f.* 10.
Pica bengalenſis. *Alb. av.* 1. *p.* 31. *t.* 31.
Turdus viridis moluccenſis. *Briſs. av.* 2. *p.* 316. *t.* 32. *f.* 1.
*Habitat in* Moluccis, Zeylona.

canadenſis. 16. C. fuſcus, fronte flavicante, ſubtus rectricumque apicibus albidus.
Garrulus canadenſis fuſcus. *Briſs. av.* 2. *p.* 54. *t.* 4. *f.* 2.
*Habitat in* Canada.
*Cauda rotundata.*

Pyrrhocorax. 17. C. nigricans roſtro luteo, pedibus nigris.
Corvus nigricans, roſtro luteo. *Briſs. av.* 30. *t.* 1. *f.* 2.
Pyrrhocorax. *Geſn. av.* 527. *Aldr. av.* 1. *p.* 769. *t.* 16.
*Habitat in Alpibus* Helveticis.
*Hæc & ſequentes binæ differunt a reliquis Roſtro ſubulato curvo.*

Graculus. 18. C. violaceo-nigricans, roſtro pedibusque luteis.
Graculi tertium genus. *Geſn. av.* 522.
Coracias. *Aldr. orn.* 1. *p.* 766. *t.* 768. *Alb. av.* 2. *p.* 17. *t.* 24.
Coracias ſ. Pyrrhocorax. *Will. orn.* 86. *t.* 19. *Raj. av.* 40. *n.* 6.
*Habitat in* Helvetiæ *alpibus.*

19. C.

Eremita. 19. C. vireſcens, capite flaveſcente, occipite ſubcriſtato, roſtro pedibusque rubris.
Upupa Eremita. *Syſt. nat.* 10. *p.* 118. *n.* 3.
Coracias criſtata. *Briſs. av.* 2. *p.* 6.
Corvus ſylvaticus. *Geſn. av.* 351. *Aldr. orn.* 3. *p.* 270, 267. *Will. orn.* 306.
Eremita montanus helveticus. *Alb. av.* 3. *p.* 16. *t.* 16.
*Habitat in* Helvetiæ *montibus & deſtructis arcibus.*

## 51. CORACIAS. *Roſtrum* cultratum apice incurvato, baſi pennis denudatum. *Lingua* cartilaginea, bifida. *Pedes* ambulatorii.

Garrula. 1. C. cærulea, dorſo rubro, remigibus nigris. *Fn. ſvec.* 94.
Cornix cærulea. *Geſn. av.* 335. *Aldr. orn.* 1. *p.* 790. *t.* 791, 792. *Will. orn.* 85. *t.* 20.
Garrulus argentoratenſis. *Raj. av.* 41. *Edw. av.* 109. *t.* 109. *Briſs. av.* 2. *p.* 64. *Friſch. av. t.* 57.
*Habitat in* Europa, *victitans Scarabæis, Ranis, Glandibus, Frugibus.*

indica. 2. C. cærulea, antice teſtacea, pileo viridi.
Garrulus cæruleus indicus. *Edw. av. t.* 326.
*Habitat in* India orientali.
*Collum, Pectus & Dorſi antica teſtacea, ceterum ſimilis Garrulæ.*

caffra. 3. C. cærulea, remigibus margine exteriore luteis.
*Habitat in* Æthiopia. *J. Burmannus.*
*Femina cæruleſcenti-nigra eſt.*

orientalis. 4. C. viridis, jugulo cæruleo ſtriato, rectricibus apice nigris.
Galgulus indicus. *Briſs. av.* 2. *p.* 75. *t.* 7. *f.* 2.
*Habitat in* India *orientali.*
*Rectrices cæruleæ, baſi virides, apice nigræ.*

bengalenſis. 5. C. ſubfulva, ſubtus cæruleſcens, collo ſubtus violaceo pallido ſtriato, cauda integra.
Corvus bengalenſis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 106. *n.* 6.

Galgu-

Galgulus mindanenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 69. *t.* 6. *f.* 1.
Gay de Bengale. *Alb. av.* 1. *p.* 16. *t.* 17.
*Habitat in* Bengala.

caudata. 6. C. ſubfulva, ſubtus cæruleſcens, collo ſubtus violaceo pallido ſtriato, rectricibus extimis longiſſimis.
Galgulus angolenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 72. *t.* 7. *f.* 1.
*Habitat in* Angola.
*Rectrix extima longiſſima, ceterum ſimilis Bengalenſi.*
*Confer. Edw. av.* 3. *p.* 249. *t.* 327.

## 52. ORIOLUS. *Roſtrum* conicum, convexum, acutiſſimum, rectum: mandibula ſuperiore paulo longiore, obſolete emarginata.
*Lingua* bifida, acuta.
*Pedes* ambulatorii.

Galbula. 1. O. luteus loris artubusque nigris, rectricibus exterioribus poſtice flavis. *L. Act. ſtockh.* 1750. *p.* 127. *t.* 3. *f.* 5. *
Coracias Oriolus. *Faun. ſvec.* 95.
Oriolus. *Geſn. av.* 713. *Briſſ. av.* 2. *p.* 320.
Turdus luteus. *Friſch. av. t.* 31.
Picus nidum ſuſpendens. *Aldr. orn.* 1. *p.* 854. *t.* 857, 858.
Galbula. *Will. orn.* 147. *t.* 38, 36. *Raj. av.* 68. *n.* 5.
Galbula bengalenſis. *Edw. av.* 185. *t.* 185.
Chlorion. *Geſn. av.* 261.
Avis bengalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 19. *t.* 20.
*Habitat in* Europa & India *orientali; victitat inſectis, baccis; nidus e foliis urceolatus in ramificationibus arborum.*

chinenſis. 2. O. luteus, artubus nigris apice luteis, faſcia occipitis nigra.
Oriolus cochinenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 326. *t.* 33. *f.* 1.
*Habitat in* China.
*Faſcia occipitis ab oculo per occiput ad oculum ducta.*

melanocephalus. 3. O. luteus, capite remigibus apicibusque rectricum intermediarum nigris.
Sturnus Luteolus. *Syſt. nat.* 10. *p.* 167.

Icte-

Icterus indicus, capite nigro. *Edw. av.* 77. *t.* 77. & *t.* 186. *Alb. av.* 2. *p.* 41. *t.* 41.
Oriolus bengalenſis. *Briſs. av.* 2. *p.* 329.
Pica maderaſpatana ſturni inſtar maculata. *Raj. av.* 175. *t.* 1. *f.* 7.
*Habitat in* Bengala.

Icterus. 4. O. fulvus, capite jugulo dorſo remigibus rectricibusque nigris, macula alarum alba.
Icterus. *Briſs. av.* 2. *p.* 86. *t.* 8. *f.* 1.
Pica luteo-nigra varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 301. *t.* 259. *f.* 4. *Raj. av.* 181. *n.* 10.
Picus americanus nidum ſuſpendens. *Will. orn.* 97. *t.* 23.
Guira-Tangeima. *Marcgr. braſ.* 192. *Raj. av.* 45. *n.* 6.
Xanthornus major nigro-varius. *Brown. jam.* 477.
Pica alba & nigra. *Catesb. car.* 3. *p.* 5. *t.* 5.
Avis Bananas. *Alb. av.* 2. *p.* 40. *t.* 40.
*Habitat in* America *calidiore.*

phoeniceus. 5. O. niger, alarum tectricibus fulvis.
Sturnus niger, alis ſuperne rubentibus. *Catesb. car.* 1. *p.* 13. *t.* 13.
Sturnus rubris alis. *Alb. av.* 1. *t.* 38.
Icterus pterophoeniceus. *Briſs. av.* 2. *p.* 97.
Pterophoenicus indiarum. *Nieremb. nat.* 225.
Acolchichi. *Hern. mex.* 14. *Raj. av.* 166. *n.* 6.
*Habitat in* America *ſeptentrionali; volitat cum Quiſculis.*
Cauda *rotundata.* Corpus *totum nigrum, exceptis alarum tectricibus fulvis ſ. rubris.*

hæmorrhous. 6. O. niger, uropygio coccineo. *Briſs. av.* 2. *p.* 98. *t.* 8. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia, Cayana.

perſicus. 7. O. niger, dorſo poſtico maculaque tectricum alarum baſique rectricum luteis.
Caſſicus luteus. *Briſs. av.* 2. *p.* 100. *t.* 9. *f.* 1.
Pica perſica. *Bell. av.* 292. *Aldr. orn.* 1. *p.* 793. *t.* 795. *Will. orn.* 90. *Raj. av.* 42.
Jupujuba. *Marcgr. braſ.* 193. *Will. orn.* 98. *t.* 23. *Raj. av.* 46. *n.* 7. *Edw. av.* 234. *t.* 319.

*Habitat in* America *meridionali; Nidus ex ſtramine & pilis contextus in formam alembici, dependens ex extremis ramulis arborum, præſertim prope pagos.*

mexicanus. 8. O. nigricans, ſubtus capiteque luteus.
Icterus fuſcus novæ hiſpaniæ. *Briſs. av.* 2. *p.* 105.
*Habitat in* Mexico.

guianenſis. 9. O. nigricans marginibus pennarum griſeis, pectore colloque ſubtus rubris.
Icterus guianenſis. *Briſs. av.* 2. *p.* 107. *t.* 11. *f.* 1.
Merula indica pectore cinnabarino. *Will. orn.* 143. *Raj. av.* 67. *n.* 10.
*Habitat in* Guiania.
*Confer Tanagras.*

Baltimore. 10. O. nigricans, ſubtus faſciaque alarum fulvus.
Icterus minor. *Briſs. av.* 2. *p.* 109. *t.* 12 *f.* 1.
Icterus ex aureo nigroque varius. *Cateſb. car.* 1. *p.* 48. *t.* 48.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Nidus e bifurcatura ramorum inſtar marſupii dependens.*

ſpurius. 11. O. niger, ſubtus fulvus, faſcia alarum alba.
Icterus minor. *Cateſb. car.* 1. *p.* 49. *t.* 49.
Icterus minor ſpurius. *Briſs. av.* 2. *p.* 111. *t.* 10. *f.* 3.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Bonana. 12. O. fulvus, capite pectoreque caſtaneis, dorſo remigibus rectricibusque nigris.
Icterus minor, nidum ſuſpendens. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *t.* 257. *f.* 1. *Raj. av.* 184. *n.* 27.
Icterus minor, nidum ſuſpendens alter. *Sloan. jam.* 2. *p.* 300. *t.* 258. *f.* 3.
Xanthornus. *Briſs. av.* 2. *p.* 115. *t.* 12. *f.* 2.
Xanthornus minor, nigro varius. *Brown. jam.* 477.
Xochitototl. *Hern. mex.* 40. *Raj. av.* 167. *n.* 12.
*Habitat in* America *meridionali; Nidi intertexti e foliorum fibrillis, quartam globi partem efformantes ſub folio Muſæ.*

mexicanus. 13. O. luteus, gula remigibus rectricibusque nigris.
Bonana minor. *Edw. av.* 68. *t.* 243.

Xan-

Xanthornus mexicanus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 118. *t.* 11. *f.* 2.
Avis Ayoquantototl. *Seb. muſ.* 2. *p.* 102. *t.* 96. *f.* 4. *Hern. mex.* 54. *Raj. av.* 171.
*Habitat in* Mexico, Jamaica.

dominicenſis. 14. O. niger, corpore poſtico tectricibus alarum maculaque luteis.
Xanthornus dominicenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 121. *t.* 12. *f.* 3.
*Habitat in* Dominica.
*Dorſum poſticum Abdomen Pedesque lutei, ut & faſcia alarum e tectricibus.*

cayanenſis. 15. O. niger, macula alarum lutea.
Pica alis flavis. *Edw. av.* 3. *p.* 239. *t.* 322.
Xanthornus cayanenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 123. *t.* 9. *f.* 2.
*Habitat in Inſula* S. Thomæ, Cayana.
*Macula alarum lutea e tectricibus luteis, ovata, magna.*

icterocephalus. 16. O. niger, capite colloque luteis.
Sturnus capite flavo. *Edw. av.* 3. *p.* 241. *t.* 323.
Xanthornus icterocephalus cayanenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 124. *t.* 12. *f.* 4.
*Habitat in* Cayana.

melancholicus. 17. O. griſeus nigro punctatus, faſcia oculorum atra.
Fringilla melancholica. *Syſt. nat.* 10. *p.* 180. *n.* 7.
Emberiza fuſca americana. *Edw. av.* 85. *t.* 85.
Xanthornus nævius. *Briſſ. av.* 2. *p.* 126.
*Habitat in* Mexico.

capenſis. 18. O. fuſco-olivaceus, ſubtus luteus.
Xanthornus capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 128.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

aureus. 19. O. flavo-fulvus, capiſtro gula tectricibus primariis extremitateque rectricum nigris.
Paradiſea flavo-fulva. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Paradiſea aurea. *Edw. av.* 112. *t.* 112.
Icterus indicus. *Briſſ. append.* 37.
*Habitat in* India Orientali.

chryſoce-phalus. 20. O. niger, pileo tectricibus alarum caudæque luteis.
Xanthornus icterocephalus americanus. *Briſſ. app.* 38. *t.* 2. *f.* 2.
*Habitat in* America.

## 53. GRACULA. *Roſtrum* convexo-cultratum, baſi nudiuſculum.
*Lingua* integra, acutiuſcula, carnoſa.
*Pedes* ambulatorii.

religioſa. 1. G. nigro violacea, macula alarum alba, faſcia occipitis nuda flava.
Corvus javanenſis. *Osb. itin.* 102.
Sturnus indicus. *Bont. jav.* 67. *Will. orn.* 145. *t.* 38. *Raj av.* 68.
Minor ſ. Mino. *Edw. av.* 17. *t.* 17. *Alb. av.* 2. *p.* 35. *t.* 38.
Turdus mainatus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 305. *t.* 28. *f.* 2.
*Habitat in* Aſia, *in ædibus loquaciſſima, præſtantior Pſittaco, egregie ſibilans.*
Roſtrum *rubrum apice flavum.* Pedes *fulvi.* Pennæ *capitis (exceptis intermediis) breviſſimæ holoſericeæ. Faſcia nuda infra oculos fere ad nucham.* Remiges 2 *ad* 8 *faſcia alba.*

calva. 2. G. ſubcinerea, capite utrinque nudo.
Merula calva. *Briſſ. av.* 2. *p.* 280. *t.* 26. *f.* 2.
*Habitat in* Philippinis.
*Latera capitis utrinque nuda & dum iraſcitur coccinea; linea verticis plumoſa nigra.* Roſtrum *Pedesque fuſca.*

foetida. 3. G. nigra, remigibus extus cæruleſcentibus, faſcia collari nuda.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Magnitudo *Picæ.* Corpus *nigrum, at Alæ compoſitis remigibus extus cæruleſcentes, abſque alba macula.* Rectrices *æquales.* Caput *nigrum, plumis erectis breviſſimis quaſi holoſericeum.* Roſtrum *fere Cuculi.* Nares *ovatæ nudæ.* Lingua *integra carnoſa acuta.* Pedes *tetradactyli: uno poſtico.*

4. G.

**Barita.** 4. G. ſubgriſea, humeris cæruleis, remigibus extus viridibus.
Icterus niger. *Briſſ. av.* 2. *p.* 103. *t.* 10. *f.* 1.
Monedula tota nigra. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *t.* 257. *f.* 2. *Raj. av.* 185. *n.* 28.
*Habitat in* Americæ *Muſis*, *cujus fructus devaſtat. Rolander.*
Roſtrum *breviuſculum*, *cultratum*, *nigricans*, *baſi nudum*, *ſubtus albicans.* Alæ *complicatis remigibus virides*; *explicatæ remiges intus nigræ.* Cauda *rotundata*, *viridis dum complicata.*

**criſtatella.** 5. G. nigra, remigibus primoribus baſi rectricibusque apice albis, roſtro flavo.
Sturnus chinenſis niger. *Edw. av.* 19. *t.* 19.
Merula ſinenſis criſtata. *Briſſ. av.* 2. *p.* 253.
*Habitat in* China.

**Saularis.** 6. G. nigro-cæruleſcens, abdomine macula alarum rectricibusque lateralibus albis.
Pica minor bengalenſis. *Edw. av.* 181. *t.* 181.
Lanius bengalenſis niger. *Briſſ. av.* 2. *p.* 184.
Dialbird. *Alb. av.* 3. *p.* 17. *t.* 17, 18.
Saularis maderaſpatanus. *Raj. av.* 197. *t.* 2. *f.* 19, 20.
*Habitat in* Aſia.

**Quiſcula.** 7. G. nigro-violacea, cauda rotundata.
Pica jamaicenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 41.
Monedula purpurea. *Catesb. car.* 1. *p.* 12. *t.* 12.
Merops niger iride argenteo. *Brown. jam.* 476.
Fur zeæ. *Kalm. it.* 3. *p.* 33. *
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Virginianis inviſa avis; aqua & igne interdicta, ſed injuſte. Kalm ibid.* 35. *devaſtat Bruchos Piſi.*
*Narium valvulæ convexæ. Lingua bifida. Remiges nigræ: ſecundariæ margine exteriore purpuraſcentes.*

**Atthis.** 8. G. viridi-cærulea, abdomine ferrugineo, pedibus ſanguineis.
Corvus (*ægyptius*) viridi maculatus, dorſo medio cæruleo. *Haſſelq. itin.* 140. *n.* 20.
*Habitat in* Ægypto.

54. PARADISEA. *Roſtrum* capiſtri plumis tomentoſis tectum.
*Pennæ* hypochondriorum longiores.
*Rectrices* duæ ſuperiores ſingulares denudatæ.

apoda. 1. P. pennis hypochondriis corpore longioribus, rectricibus duabus intermediis longis ſetaceis.
Paradiſea lutea, cauda pectore abdomineque brunneis, gula azurea. *It. wgoth.* 139. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Paradiſea avis. *Cluſ. exot.* 360. *t.* 360. *Olear. muſ.* 24. *t.* 13. *f.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 24. *t.* 13. *f.* 1. *Hern. mex.* 317. *t.* 318. *Worm. muſ.* 294. *f.* 294. *Bradl. nat. t.* 12. *f.* 1, 2. *Calc. muſ.* 669. *t.* 673. *Beſl. muſ.* 32. *t.* 9. *f.* 1. *Alb. av.* 3. *t.* 9.
Manucodiata major. *Edw. av.* 110. *t.* 110. *Marcgr. braſ.* 201. *Raj. av.* 21. *n.* 7. *Briſſ. av.* 2. *p.* 130. *t.* 13. *f.* 1.
*Habitat in* Moluccis, *gregaria.*
*Cirrhi* 2 *caudæ apice attenuati, nudi, recti. Cauda perperam dicta ſunt pennæ elongatæ dorſi & hypochondrii.*
*Apodam perperam dixere veteres; victitat Papilionibus maximis. Phœnix loco Palmæ credita avis.*

regia. 2. P. rectricibus duabus intermediis filiformibus apice lunato-pennaceis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Rex avium paradiſæarum. *Pet. gaz.* 1. *t.* 53. *f.* 2. *Cluſ. exot.* 362. *t.* 362. *Olear. muſ.* 24 *t.* 13. *f.* 2. *Raj. av.* 22. *n.* 10. *Seb. muſ.* 1. *t.* 38. *f.* 5. *Edw. av.* 111. *t.* 111.
Manucodiata minor. *Briſſ. av.* 2. *p.* 136. *t.* 13. *f.* 2.
*Habitat in* Amboina.
*Purpurea pectorali cæruleſcente; cirrhi caudæ longiſſimi; Pennæ ſub alis ſunt reliquis longiores, licet cauda breviores & truncatæ* (*).

3. P.

(*) Paradiſeas *fictas* (Seb. muſ. 1. t. 60. f. 1, 2, 3.) *e Pſittacis aliisque vendidit ſæpe Muſeis aſtus Chinenſium.*

triſtis. 3. P. area nuda pone oculos triangulari, capite colloque fuſcis.
Turdus Merula philippenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 278. *t.* 26. *f.* 1.
*Habitat in* Philippinis, *victitat Gryllis aliisque inſectis. Roſtrum & Pedes flavi. Corpus ſubfuſcum. Remiges primores a baſi ad medium albæ. Rectrices apice albæ exceptis intermediis. Ob roſtri baſin plumis tomentoſis tectam huic generi affinis.*

## 55. TROGON. *Roſtrum* capite brevius, cultratum, aduncum, margine mandibularum ſerratum. *Pedes* ſcanſorii.

ſtrigilatus. 1. T. cinereus, alis ſtrigis albis.
Trogon cayanenſis cinereus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 165. *t.* 16. *f.* 1.
*Habitat in* Cayania.

Curucui. 2. T. viridi-aureus, ſubtus fulvus, gula nigra.
Trogon braſilienſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 173.
Curucui. *Marcgr. braſ.* 211. *Will. orn.* 96. *t.* 22. *Raj. av.* 45. *n.* 4. *Edw. av.* 3. *p.* 256. *t.* 331.
Pſittacus flammeus viridis cinereus, roſtro ſerrato. *Feuill. per.* 20.
Tzinitzcan. *Hern. mex.* 23. *Nieremb. nat.* 230. *Will. orn.* 303. *Raj. av.* 163.
*Habitat in* Mexico, Braſilia, Peru.
*Rectrices laterales faſciis albis nigrisque; intermediæ apice nigræ.*

viridis. 3. T. viridi-aureus, ſubtus luteus, gula nigra.
Trogon cayanenſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 168. *t.* 17. *f.* 1.
β. Trogon cayanenſis viridis, ventre candido. *Briſſ. av.* 4. *p.* 170.
*Habitat in* Cayania.
*Faſcia pectoralis viridi-aurea. An præcedentis varietas aut ſexus?*
*Rectrices in hoc genere XII.*

56. BUCCO. *Roſtrum* cultratum, lateraliter compreſſum, apice utrinque emarginato, incurvato; rictu infra oculos protenſo.
*Nares* pennis recumbentibus obtectæ.
*Pedes* ſcanſorii.

capenſis. 1. B. rufus, faſcia humerali fulva, pectorali nigra.
Bucco. *Briſſ. av.* 4. *p.* 92. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
*Cauda rotundata rectricibus* 10.

57. CUCULUS. *Roſtrum* teretiuſculum.
*Nares* margine prominulæ.
*Lingua* ſagittata, plana, integra.
*Pedes* ſcanſorii.

canorus. 1. C. cauda rotundata nigricante albo-punctata. *Faun. ſvec.* 96. * *Penn. brit. t. F. G.*
Cuculus. *Geſn. av.* 363. *Aldr. orn.* 1. *p.* 409, 415. *t.* 414, 416. *Bell. av.* 22: 6. *Will. orn.* 62. *t.* 77. *Friſch. av.* 4. *t.* 40, 41, 42. *Raj. av.* 23. *Alb. av.* 1. *p.* 8. *t.* 8. *Olin. av.* 38. *Briſſ. av.* 4. *p.* 105.
*Habitat in* Europa; *Victitat Larvis & Paſſeribus.*
*Coccyx, incubandi ipſe impotens, ſemper parit in alienis nidis, imprimis in Motacillæ, majori ex parte ſingula ova, abſuratis prioribus; educat ſubditum adulterato fœta nido & ſequitur nutrix fideliſſima menſibus æſtatis pulcherrimis frondeſcentiæ, floreſcentiæ, groſſificationis, dum ille aridis inſidens arborum ramis famelicus ſemper cuculans advocat nutricem, donec ſub ortu caniculæ ingratus eam occidat devoretque, unde orbus victitet rapina Avicularum Larviſque Braſſicæ aliarumque; non tamen in Falconem transformatur.*

orientalis. 2. C. cauda rotundata, corpore nigro-virente nitente, roſtro fuſco.

Cucu-

Cuculus indicus niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 142. *t.* 10. *f.* 1.
*Habitat in* India *orientali.*

mindanenſis. 3. C. cauda rotundata, corpore viridi-aureo fuſco albo maculato, ſubtus albo nigricanteque undulato.
Cuculus mindanenſis nævius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 130. *t.* 12. *f.* 1.
*Habitat in* Philippinis.

Vetula. 4. C. cauda cuneiformi, corpore ſubfuſco: ſubtus teſtaceo, ciliis rubris.
Cuculus cinereus, roſtro longiore. *Feuill. per.* 416.
Cuculus major. *Sloan. jam.* 2. *p.* 312. *t.* 258. *f.* 1, 2.
Cuculus major olivaceus, cauda longiore, ciliis rubris. *Brown. jam.* 476.
Cuculus jamaicenſis longiroſter. *Briſſ. av.* 4. *p.* 116. *t.* 17. *f.* 2.
Picus major leucophæus ſ. caneſcens, pluviæ avis & ſenex dictus. *Raj. av.* 182.
*Habitat in* Jamaica. *Voce clamoſiore pluviam præſagit. Roſtrum reliquis longius, rectius. Cauda longa, apice alba. Palpebræ punctis coccineis.*

glandarius. 5. C. cauda cuneiformi, capite ſubcriſtato, faſcia oculari nigra.
Cuculus andaluſiæ. *Briſſ. av.* 4. *p.* 126.
Cuculus fulvus maculatus. *Edw. av.* 57. *t.* 57.
*Habitat in* Africa *ſeptentrionali & Europa* *auſtrali.*
Dorſum *fuſcum. Alæ albo punctatæ. Subtus teſtaceus eſt.* Caput *cinereum, ſubcriſtatum.* Linea *nigra trans oculos.*

ſenegalenſis. 6. C. cauda cuneiformi, corpore griſeo ſubtus albo, pileo rectricibusque nigricantibus.
Cuculus ſenegalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 120. *t.* 8. *f.* 1.
*Habitat in* Senegalia.

honoratus. 7. C. cauda cuneiformi, corpore nigricante albo maculato, ſubtus albo cinereoque faſciato.
Cuculus malabaricus nævius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 136. *t.* 11. *f.* 2.
*Habitat in* Malabaria.

punctatus. 8. C. cauda cuneiformi, corpore nigricante rufo-punctato, ſubtus rufo ſtrigis nigris, rectricibus rufo-faſciatis.
Cuculus indicus nævius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 134. *t.* 10. *f.* 2.
*Habitat in* India orientali.

nævius. 9. C. cauda cuneiformi, corpore fuſco ferrugineoque, jugulo ſtrigis fuſcis, rectricibus apice rufeſcentibus.
Cuculus cayanenſis nævius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 128. *t.* 9. *f.* 1.
*Habitat in* Cayania.
*Tectrices caudæ elongatæ.*

americanus. 10. C. cauda cuneiformi, corpore ſupra cinereo, ſubtus albo, mandibula inferiore lutea.
Cuculus carolinianus. *Catesb. car.* 1. *p.* 9. *t.* 9. *Briſſ. av.* 4. *p.* 112.
*Habitat in* Carolina.
*Rectrices laterales nigræ apice albo. Remiges rufæ.*

ſcolopaceus. 11. C. cauda cuneiformi, corpore undique griſeo fuſcoque nebuloſo.
Cuculus indicus fuſcus maculatus. *Edw. av.* 59. *t.* 59.
Cuculus bengalenſis nævius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 132.
*Habitat in* Bengala.

niger. 12. C. cauda cuneiformi, corpore nigro nitido, roſtro flavo.
Cuculus indicus niger. *Edw. av.* 58. *t.* 58.
Cuculus bengalenſis niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 141.
*Habitat in* Bengala.

dominicus. 13. C. cauda cuneiformi, corpore griſeo-fuſco, ſubtus exalbido, rectricibus lateralibus tribus apice albis.
Cuculus dominicenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 110. *t.* 9. *f.* 2.
*Habitat in* Dominica, Ludovicia.
*Rectrix extima margine longitudinali exteriore albo.*

cayanus. 14. C. cauda cuneiformi, corpore caſtaneo purpuraſcente, ſubtus cinereo, rectricibus omnibus apice albis.
Cuculus cayanenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 122. *t.* 8. *f.* 2.
β. Cuculus cayanenſis minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 124. *t.* 16. *f.* 2.
*Habitat in* Cayana.

15. C.

cæruleus. 15. C. cauda rotundata, corpore cæruleo.
Cuculus madagaſcarienſis cæruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 156. *t.* 13. *f.* 1.
*Habitat in* Madagaſcaria.
*Remiges Rectricesque ſubviolaceæ.*

ſinenſis. 16. C. cauda cuneiformi macroura, corpore cæruleo ſubtus albo, rectricum apicibus macula alba. †
Cuculus ſinenſis cæruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 157. *t.* 14. *f.* 2.
*Habitat in* China.
*Capitis pileus albus, cæruleo punctatus.*

Perſa. 17. C. cauda æquali, capite criſtato, corpore viridi-cæruleſcente, remigibus ſanguineis.
Cuculus guineenſis criſtatus viridis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 152.
Touraco. *Alb. av.* 2. *p.* 19. *t.* 19. *Edw. av.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* Guinea.
*Roſtrum rubrum; faſcia ocularis nigra; linea alba ſupra & infra oculos.*

braſilienſis. 18. C. cauda ſubæquali, capite criſtato, corpore rubro, remigibus flaveſcentibus.
Cuculus braſilienſis criſtatus ruber. *Briſſ. av.* 4. *p.* 154.
Cuculus braſilienſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 102. *t.* 66. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia.
*Criſta rubra nigro variegata.*

criſtatus. 19. C. cauda rotundata, capite criſtato, corpore cinereo-vireſcente nitente.
Cuculus madagaſcarienſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 149. *t.* 12. *f.* 2.
*Habitat in* Madagaſcaria.

coromandus. 20. C. cauda cuneiformi, corpore nigro, ſubtus albo, torque candido. †
Cuculus coromandelanenſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 147. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat in* Coromandel.

cornutus. 21. C. cauda cuneiformi, capite criſta bifida, corpore fuliginoſo. †
Cuculus braſilienſis cornutus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 144.

Atin-

Atingacu camucu. *Marcgr. braſ.* 216. *Will. orn.* 146. *t.* 38. *Raj. av.* 165. *n.* 5.
*Habitat in* Braſilia.

paradiſeus. 22. C. caudæ rectricibus extimis binis longiſſimis apice dilatatis, capite criſtato, corpore viridi. †
Cuculus ſiamenſis criſtatus viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 151. *t.* 14. *f.* 1.
*Habitat in* Siam.

## 58. YUNX. *Roſtrum* teretiuſculum, acuminatum.

*Nares* concavæ, denudatæ.

*Lingua* teres, lumbriciformis, longiſſima, apice mucronata.

*Pedes* ſcanſorii.

Torquilla. 1. Jynx. *Fn. ſvec.* 97. *t.* 1. *f.* 97. * *Penn. brit. t. F. G.*
Cuculus ſubgriſeus maculatus, rectricibus nigris faſciis undulatis. *Fn. ſvec.* 1. *p.* 78. *t.* 1. *f.* 78.
Jynx ſ. Torquilla. *Bell. av.* 76. *a.* *Geſn. av.* 573. *Aldr. orn.* 1. *p.* 863. *t.* 866. *Jonſt. av.* . . *t.* 42. *Will. orn.* 95. *t.* 22. *Raj. av.* 44. *Rudb. lapp.* 66. *t.* 66. *Alb. av.* 1. *p.* 11. *t.* 21. *Friſch. av.* . . *t.* 38. *Briſſ. av.* 4. *p.* 2. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *truncis arborum putreſcentibus, e quibus Larvas extrahit; collum contorquens circumſpicit, adventantes Accipitres Paſſeribus indicat.*

59. PI-

*Lingua Picorum & Yungis inſeritur fronti, longiſſime protrahenda. Act. pariſ.* 1709. *Act. angl.* 350. *Will. orn. t.* 21. *Inteſtino cæco deſtituuntur.*

**59. PICUS.** *Roſtrum* polyedrum, rectum: apice cuneato.
*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectæ.
*Lingua* teres, lumbriciformis, longiſſima, mucronata, apice retrorſum aculeata ſetis.
*Pedes* ſcanſorii.

martius. 1. P. niger, pileo coccineo. *Fn. ſvec.* 98.
Picus niger maximus. *Geſn. av.* 708. *Aldr. orn.* 1. *p.* 843. *t.* 844. *Will. orn.* 22. *t.* 21. *Raj. av.* 42. *Alb. av.* 2. *p.* 26. *t.* 27. *Friſch. av. t.* 34. *f.* 1. *Briſſ. av.* 4. *p.* 21.
*Habitat in* Europa, *vix in Anglia.*
*Arbores emortuas conſcindit, uti congeneres.*

principalis. 2. P. niger, criſta coccinea, linea utrinque collari remigibusque ſecundariis albis.
Picus maximus, roſtro albo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 16. *t.* 16.
Picus niger carolinenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 26.
Picus imbrifoetus. *Nieremb. nat.* 223. *Will. orn.* 301.
Ipecu. *Marcgr. braſ.* 207. *Will. orn.* 94. *t.* 22. *Raj. av.* 43. *n.* 7.
Quatotomomi. *Fern. mex.* 50. *Raj. av.* 162.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Remiges ſecundariæ & uropygium albæ.*

pileatus. 3. P. niger, criſta rubra, temporibus alisque albis maculis.
Picus niger maximus, capite rubro. *Cateſb. car.* 1. *p.* 17. *t.* 17. *Kalm. itin.* 2. *p.* 271.
Picus virginianus pileatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 29.
*Habitat in* America.
*Differt a P. martio, quod tempora alba; maculæ aliquot parvæ in alis albæ; caput magis late coccineum. Mas tenia ſecundum mandibulam inferiorem. Mas foeminaque criſta rubra.*

4. P.

Pici *Larvas inſectorum lignum intus rodentium, roſtro ſecante, ſono ſtridulo terrefaciente, auditu percipiente, lingua acuta haſtata intrante extrahunt,* (*Act. angl.* 350. *p.* 509.) *injuſte proſcripti.*

lineatus. 4. P. niger, criſta coccinea, linea a roſtro utrinque collari ad medium dorſum alba.
Picus niger cayanenſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 31. *t* 1. *f.* 2.
*Habitat in* Cayana.
*Corpus ſubtus albido-rufeſcens faſciis nigris.*

hirundinaceus. 5. P. niger, occipite coccineo, humeris albido punctatis.
Picus ſecundus niger. *Alb. av.* 3. *p.* 22. *t.* 23.
Picus niger novæ angliæ. *Briſſ. av.* 4. *p.* 24.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Magnitudine vix Hirundinem ſuperat.*

paſſerinus. 6. P. olivaceo-flavicans, ſubtus fuſco candicanteque faſciatus.
Picus dominicenſis minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 75. *t.* 4. *f.* 2.
*Habitat in* Dominica.
*Caput ſupra rubrum.*

erythrocephalus. 7. P. capite toto rubro, alis caudaque nigris, abdomine albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 21. *
Picus erythrocephalus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 53. *t.* 3. *f.* 1.
Picus capite toto rubro. *Cateſb. car.* 1. *p.* 20. *t.* 20. *Kalm. it.* 3. *p.* 43.
*Habitat in* America, *Poma Glandesque devaſtans.*
*Remiges ſecundariæ albæ.*

aurantius. 8. P. ſupra aurantius, nucha uropygio rectricibusque nigris.
Picus capitis bonæ ſpei. *Briſs. av.* 4. *p.* 78. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
*Caput ſuperius & occiput rubra.*

auratus. 9. P. griſeo nigroque transverſim ſtriatus, gula pectoreque nigris, nucha rubra, uropygio albo.
Cuculus auratus. *Syſt. nat.* 10. *p.* 112.
Picus major, alis aureis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 18. *t.* 18. *Kalm. it.* 3. *p.* 42.
Picus canadenſis ſtriatus. *Briſs. av.* 4. *p.* 70.
*Habitat in* America *ſeptentrionali; victitat vermibus & inſectis terreſtribus; truncos arborum non ſcandit, ramis quamvis inſideat.*

carolinus. 10. P. pileo nuchaque rubris, dorſo faſciis nigris, rectricibus mediis albis nigro punctatis.

Pi-

Picus ventre rubro. *Cateſb. car.* 1. *p.* 19. *t.* 19. *f.* 2. *Kalm. it.* 3. *p.* 43.
Picus varius medius. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *t.* 255.
Picus varius jamaicenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 59.
Picus jamaicenſis. *Edw. av.* 5. *p.* 71. *t.* 244.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Criſſum rubrum punctatum. Venter ruber.*

undatus. 11. P. teſtaceus nigro-undulatus, temporibus ſanguineis.
Picus maxillis rubris. *Edw. av.* 7. *p.* 258. *t.* 332.
*Habitat in* Surinamo.

viridis. 12. P. viridis, vertice coccineo. *Fn. ſvec.* 99.* *Penn. brit. t. E.*
Picus viridis. *Geſn. av.* 710. *Aldr. orn.* 1. *p.* 848. *t.* 849. *Will. orn.* 93. *t.* 21. *Raj. av.* 42. *Alb. av.* 1. *p.* 18. *t.* 18. *Friſch. av.* . . . *t.* 35. *f.* 1. *Briſs. av.* 4. *p.* 9.
*Habitat in* Europa; *delectatur Apibus in ſylvis.*

bengalenſis. 13. P. viridis, criſta rubra, nucha nigra, ſubtus anticeque albus nigro maculatus.
Picus bengalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 21. *t.* 22. *Edw. av.* 182. *t.* 182.
Picus viridis bengalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 14.
*Habitat in* Bengala.
Habitus P. *viridis, ſed dilutior; facie antice, collo ſubtus, pectore albis maculis nigris.* Cauda *nigra.* Occiput *criſta rubra.*

ſemiroſtris. 14. P. maxilla ſuperiore breviore. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 16.*
*Habitat in* India.

pubeſcens 15. P. dorſo longitudinali villoſo, rectrice extima alba maculis quatuor nigris.
Picus varius minimus. *Cateſb. car.* 1. *p.* 21. *t.* 21. *f.* 1.
Picus varius virginianus minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 50.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Mas occipite rubro.*

villoſus. 16. P. dorſo longitudinali ſubvilloſo, rectricibus extimis totis albis. *Kalm. it.* 3. *p.* 43.*

Pi-

Picus varius medius quaſi villoſus. *Cateſb. car.* 1. *p.* 19. *t.* 19.
Picus varius virginianus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 48.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Mas occipitis faſcia transverſa rubra.*

major. 17. P. albo nigroque varius, criſſo occipiteque rubro. *Fn. ſvec.* 100. * *Penn. brit. t. E.*
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus utrinque albeſcentibus. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 81.
Picus varius major. *Will. orn.* 94. *t.* 21. *Raj. av.* 43. *Alb. av.* 1. *p.* 19. *t.* 19. *Briſſ. av.* 4. *p.* 34.
Picus diſcolor. *Friſch. av. t.* 36.
*Habitat in* Europa.

medius. 18. P. albo nigroque varius, criſſo pileoque rubris. *Fn. ſvec.* 101. * *Penn. brit. t. E.*
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus apice albo variegatis. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 82.
Picus major. *Aldr. orn.* 1. *p.* 845. *t.* 846.
Picus varius ex albo & nigro. *Geſn. av.* 709.
Picus varius minor. *Will. orn.* 92. *t.* 21. *Raj. av.* 43. *Haſſelq. it.* 242? *Briſſ. av.* 4. *p.* 38.
*Habitat in* Europa.

minor. 19. P. albo nigroque varius, vertice rubro, criſſo teſtaceo. *Faun. ſvec.* 102. *
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus ſeminigris. *Faun. ſvec.* 83. *Haſſelq. itin.* 242.
Picus varius tertius. *Raj. av.* 43.
Picus alius minor ſ. graminis. *Geſn. av.* 709.
Picus varius minor. *Aldr. orn.* 1. *p.* 847. *Will. orn.* 94. *t.* 21. *Raj. av.* 43. *n.* 5. *Alb. av.* 1. *p.* 20. *t.* 20. *Briſſ. av.* 4. *p.* 41.
Picus diſcolor minor. *Friſch. av. t.* 37.
*Habitat in* Europa.

varius. 20. P. albo nigroque varius, vertice rubro, criſſo albo fuſco-faſciato.
Picus varius carolinus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 62.
Picus varius minor, ventre luteo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 21. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Mas vertice gulaque rubris, occipite luteo.*
*Femina vertice rubro, gula & occipite albis.*

21. P.

tridactylus. 21. P. albo nigroque varius, pedibus tridactylis. *Faun. ſvec.* 103. * *L. Act. Stockh.* 1740. *p.* 222. *
Picus tridactylus. *Edw. av.* 114. *t.* 114.
Picus tridactylos anomalus. *Muſ. petrop.* 368.
Picus varius cayanenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 54.
*Habitat in* Svecia *ad alpes* Lapponicas, Dalekarlicas *frequens & ad ſinum* Hudſonis *nec non in* Sibiria.
*Europæus vertice flavo, Americanus rubro eſt. Criſſum albidum. Plura individua nobis viſa, omnia tridactyla.*

## 60. SITTA.

*Roſtrum* ſubulatum, teretiuſculum, rectum, porrectum, integerrimum: mandibula ſuperiore paulo longiore: apice compreſſo.
*Lingua* emarginato-lacera.
*Nares* vibriſſis tectæ.
*Pedes* ambulatorii.

europæa. 1. S. rectricibus nigris: lateralibus quatuor infra apicem albis. *Fn. ſvec.* 104. * *Penn. brit. t. H. I. K.*
Sitta ſ. Picus cinereus. *Geſn. av.* 711. *Aldr. orn.* 1. *p.* 852. *t.* 853. *Will. orn.* 98. *t.* 33. *Raj. av.* 47. *Alb. av.* 2. *p.* 27. *t.* 28. *Friſch. av. . . t.* 39. *f* 2. *Briſſ. av.* 3. *p.* 588. *t.* 29. *f.* 3.
β. Sitta capite nigro & Sitta capite fuſco. *Catesb. car.* 1. *p* 22. *t.* 22.
*Habitat in* Europæ, Americæ *truncis arborum, Larvas ſub cortice effodiens; Nuces roſtro perforat & edit. Nidum ſtruens reperto congruo foramine arboris, illud limo oblinit pro capacitate ingreſsus. Noctu cantillat. Strom.*
Corpus *cano-cæruleſcens, ſubtus album.* Linea *atra per oculos & aures.* Hypochondria *Femoraque ferruginea.* Uropygium *albo ferrugineoque varium.* Rectrix 1 *faſcia alba;* 2 *macula alba;* 3, 4 *apice albo;* 5 *dorſo concolor.*

canadenſis. 2. S. ſuperciliis albis.
Sitta canadenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 593. *t.* 29. *f.* 4.
*Habitat in* Canada.
*Affinis multum S. europææ.*

jamaicenſis. 3. S. pileo nigro.
Sitta jamaicenſis. *Briſſ. av* 3. *p.* 594.
Sitta ſ. Picus cinereus major, capite nigro. *Sloan. jam.* 2. *p.* 300. *t.* 259. *f.* 1.
*Habitat in* Jamaica.

61. TODUS. *Roſtrum* ſubulatum, depreſſiuſculum, obtuſum, rectum, baſi ſetis patulis.
*Lingua* - - -
*Pedes* greſſorii.

viridis. 1. T. viridis, pectore rubro.
Todus viridis, pectore rubro, roſtro recto. *Brown. jam.* 476. *Briſſ. av.* 4. *p.* 528. *t.* 41. *f.* 2.
Rubecula viridis elegantiſſima. *Sloan. jam.* 2. *p.* 306. *t.* 263. *f.* 1. *Raj. av.* 187. *Edw. av.* 121. *t.* 121.
*Habitat in* America.
*Cauda rotundata.*

cinereus. 2. T. cinereus, ſubtus luteus.
Todus cinereus. *Briſſ. app.* 134.
Muſcicapa cinerea & lutea. *Edw. av.* 2. *p.* 110. *t.* 262. *f.* 2.
*Habitat in* Surinamo.
*Cauda cuneiformis.*

62. ALCEDO. *Roſtrum* trigonum, craſſum, rectum, longum.
*Lingua* carnoſa, breviſſima, plana, acuta.
*Pedes* greſſorii *plerisque*.

criſtata. 1. A. brachyura ſubcriſtata cærulea, ſubtus rufa, criſta nigro-undulata.
Alcedo amboinenſis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *t.* 63. *f.* 4.
Iſpida philippenſis criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 483. *t.* 37. *f.* 3.
*Habitat in* India orientali.
Roſtrum *nigrum*. Pedes *rubri*.
*Confer. Edw. av. t.* 336.

2. A.

inda. 2. A. brachyura virens, ſubtus fulva, faſcia pectorali nebuloſa.
Alcedo. *Edw. av.* 335.
*Habitat in* India occidentali.
Roſtrum *nigrum*. Pedes *rubri*. Corpus *ſupra virens, ſubtus fulvum*. Alæ *albo punctatæ*. *Faſcia nebuloſa maculata pectoris. Linea ſupra infraque oculos fulva.*
*Conf.* Iſpida ſenegalenſis. *Briſs. av.* 4. *p.* 485. *t.* 39. *f.* 1.

Iſpida. 3. A. brachyura, ſupra cyanea, ſubtus fulva, loris rufis.
Iſpida ſupra cærulea, ſubtus ferruginea. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 16. *Penn. brit. t. H. I. K.*
Iſpida. *Geſn. av.* 571. *Raj. av.* 48. *n.* 1. *Olin. av.* 39. *Aldr. orn.* 3. *p.* 518. *t.* 520. *Will. orn.* 101. *t.* 24. *Briſſ. av.* 4. *p.* 471. 475. & 477.
Iſpida indica minor. *Edw. av.* 11. *t.* 11. *Alb. av.* 1. *p.* 51. *t.* 54.
Alcyon. *Geſn. av.* 85. *Aldr. av.* 3. *p.* 497.
*Habitat ad maris littora in* Europa, Aſia.
*Roſtrum nigrum. Pedes rubri.*

Erithaca. 4. A. brachyura, dorſo cæruleo, abdomine luteo, capite uropygioque purpureis, gula nuchaque albis.
Alcedo bengalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 28. *t.* 29.
Iſpida bengalenſis torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 503.
*Habitat in* Bengala.
*Roſtrum Pedesque rubri.*

madagaſcarienſis. 5. A. ſubbrachyura rufa, gula alba, remigibus nigricantibus.
Iſpida madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 508. *t.* 38. *f.* 1.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Roſtrum Pedesque rubri.*

ſuperciliosa. 6. A. ſubmacroura viridis, ſubtus alba faſcia viridi, ſuperciliis fulvis.
Alcedo viridis & lutea. *Edw. av.* 73. *t.* 245.
Iſpida americana viridis. *Briſs. av.* 4. *p.* 490.
*Habitat in* America.
Roſtrum *nigrum*, Pedes *carnei*.

M 2 7. A.

Alcyon. 7. A. macroura criſtata cæruleſcens, abdomine albo, pectore ferrugineo, macula alba ante poneque oculos.
Alcyon. *Cateſb. car.* 1. *p.* 69. *t.* 69. *Raj. av.* 49. *n.* 2. & 184. *n.* 14.
Iſpida carolinenſis criſtata. *Briſs. av.* 4. *p.* 512.
β. Iſpida dominicenſis criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 515.
Iſpida carolinenſis. *Edw. av.* 115. *t.* 115.
γ. Jaguacati guacu. *Marcgr. braſ.* 194. *Will. orn.* 102. *Raj. av.* 49.
Mergus argentinenſis. *Geſn. av.* 133. *Aldr. orn.* 3. *p.* 282. *femina.*
Mergus muſtelaris. *Geſn. av.* 132. *femina.*
Merganſer criſtatus minor ſ. Albellus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 243. *t.* 24. *f.* 1, 2.
Albellus aquaticus. *Aldr. orn.* 3. *p.* 276. *t.* 277.
Albellus alter. *Aldr. orn.* 3. *p.* 276. *Alb. av.* 1. *p.* 85. *t.* 89. *Will. orn.* 254. *t.* 64.
*Habitat in* Europa.
Roſtrum *Pedesque nigri.* Speculum *album.*

minutus. 6. M. capite lævi griſeo: faſcia oculari nigra, macula ſuboculari alba.
Mergus glacialis. *Aldr. orn.* 3. *p.* 279. *t.* 80. *Will. orn.* 254. *Raj. av.* 135. *n.* 3.
Mergus albus. *Geſn. av.* 133. *Aldr. orn.* 3. *p.* 282.
Mergus varius alter. *Geſn. av.* 132.
Merganſer ſtellatus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 252. *Alb. av.* 1. *p.* 77. *t.* 88.
*Habitat in* Europa.
*Rajus hanc feminam Albelli facit. Remiges primores nigræ, unde ſpeculum alarum atrum, antice poſticeque album.*

69. ALCA. *Roſtrum* edentulum, breve, compreſſum, convexum, ſulcatum ſæpius tranſverſe: Mandibula inferior ante baſin gibba.
*Nares* pone roſtrum.
*Pedes* plerisque tridactyli.

Torda. 1. A. roſtri ſulcis quatuor, linea utrinque alba a roſtro ad oculos. *It. gotl.* 286. * *Fn. ſvec.* 139. *
Alca. *Cluſ. exot.* 367. *Worm. muſ.* 303. *Will. orn.* 243. *t.* 64. *f.* 1. & *t.* 65. *f.* 2. *Raj. av.* 119. *Alb. av.* 3. *p.* 90. *t.* 95. *Edw. av.* 358. *t.* 358. *f.* 2. *Ström. ſondm.* 219. *n.* 2.
*Habitat in* Europæ *borealis oceano. Plures ova ſolitaria ſimul in antro rupium pariunt, conjunctis viribus alternatim excludunt, unica excubias agente; erectæ incedunt.*
*Nares pone roſtrum. Remiges* 12 - - 26 *apice albæ, unde linea alæ.*

Pica. 2. A. roſtro lævi compreſſo, corpore toto ſubtus apicibusque remigum poſticarum albis, pedibus rubris.
Alca minor. *Briſſ. av.* 6. *p.* 92. *t.* 8. *f.* 2. *Ström. ſondm. n.* 3.
Mergus. *Bell. av.* 37. *Aldr. av.* 3. *p.* 240. *t.* 241. *Will. orn.* 243. *t.* 54. *Raj. av.* 119. *n.* 2.
*Habitat intra* Circulum Arcticum.
*Avis magnitudine & ſtatura Tordæ. Gula & Collum ſubtus alba. Pedes tridactyli ſunt. Roſtrum ruga unica obſoleta, reliquis longius. Corpus mutat colores.*

impennis. 3. A. roſtro compreſſo - ancipiti ſulcato, macula ovata utrinque ante oculos. *Fn. ſvec.* 140.
Alca major. *Briſſ. av.* 6. *p.* 85. *t.* 7.
Mergus americanus. *Cluſ. exot.* 103.
Goirfugel. *Cluſ. auct.* 367.
Penguin. *Will. orn.* 244. *t.* 65. *Edw. av.* 147. *t.* 147. *Olear. muſ.* 23. *t.* 13. *f.* 6. *Worm. muſ.* 300.

---

Alcæ *impennes nequeunt volare.*
Pennatæ *aliæ, in terra ſtabulantes, erectæ incedunt.*

300? *t.* 301. *Raj. av.* 118. *n.* 1. *Oelig. muſ.* 1. *f.* 2. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *arcticæ alto maris.*
*Impennis compesque eſt, uti Diomedeæ. Corpus duplo majus reliquis, impenne ſ. non volitans. Remiges ſecundariæ apice albo. Roſtrum ſulcis* 8 - 10, *nigrum. Nares pone roſtrum. Pedes nigri.*

arctica. 4. A. roſtro compreſſo-ancipiti ſulcato ſulcis quatuor, oculorum orbita temporibusque albis, palpebra ſuperiore mucronata. *Fn. ſvec.* 141. *
Anas arctica. *Cluſ. exot.* 104. *Raj. av.* 120. *Worm. muſ.* 302. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 5. *Will. orn.* 244. *t.* 65. *Raj. av.* 120. *Alb. av.* 2. *p.* 73. *t.* 78, 79. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 20. *t.* 16. *f.* 1. *Edw. av.* 358. *t.* 358. *f.* 1.
Lunda. *Geſn. av.* 725. *Oelig. muſ.* 2. *ſ.* 11. *t.* 11. *f.* 21. *Cluſ. exot.* 367.
Pica marina. *Aldr. orn.* 3. *p.* 215.
Pſittacus marinus. *Anderſ. iſl.* 2. *p.* 55. *t.* 1.
Fratercula. *Briſſ. av.* 6. *p.* 81. *t.* 6. *f.* 2.
Puffinus anglicus. *Geſn. av.* 113. *Zool. brit. t. H. H.*
*Habitat in* Europæ *borealis oceano; compes, parit* 1 *ovum.*
*Avis nigra. Abdomen, pectus, genæque alba. Sinus oris alba macula. Palpebra ſuperior apice acuto carnoſo. Roſtrum rubrum, baſi nigrum, compreſſo-anceps, figura fere Crotophagæ.*

Alle. 5. A. roſtro lævi conico, abdomine toto ſubtus remigumque poſticarum apicibus albis, pedibus nigris. *Fn. ſvec.* 142. * *Brunnich. orn.* 106. * *Zool. brit. t. H.* 4.
Columba grœnlandica. *Alb. av. I. p.* 81. *t.* 85. *Edw. av.* 91. *t.* 91.
Plautus columbarius ſ. Columba grœnlandica minor. *Gunn. act. nidroſ.* 1. *p.* 261. *t.* 6.
Uria minor. *Briſſ. av.* 6. *p.* 73.
Mergus melanoleucus, roſtro acuto brevi. *Will. orn.* 261. *t.* 59. *Raj. av.* 125. *n.* 5. *Ström. ſondm.* 255.
*Habitat in* Europæ, Americæ *arcticæ pelago, inter glaciei fragmenta.*

*Corpus magnitudine Columbæ, atrum, Pectore Abdomineque albis. Dorſum lineolis aliquot albis. Remiges ſecundariæ apice albæ Punctum album ſupra oculos. Roſtri ruga obſoleta. Collum ſubtus minime album, at vero in femina cinereum gula alba.*

## 70. PROCELLARIA.

*Roſtrum* edentulum, ſubcompreſſum: Mandibulis æqualibus: ſuperiore apice adunca; inferiore apice compreſſo-canaliculata.

*Nares* cylindro ſupra baſin roſtri decumbente, truncato.

*Pedes* palmati: ungue poſtico ſeſſili absque digito.

pelagica. 1. P. nigra, uropygio albo. *Faun. ſvec.* 143. * *Act. ſtockh.* 1745. *p.* 93. *t.* . . *
Peterel. *Cluſ. exot.* 368. *Will. orn.* 306. *Damp. itin.* 3. *p.* 97. *Alb. av.* 3. *p.* 87. *t.* 92. *Edw. av.* 90. *t.* 90. *f.* 1.
Larus minimus, naribus tubuloſis. *Catesb. car.* 3. *p.* 14. *t.* 14.
Procellaria. *Briſſ. av.* 6. *p.* 140. *t.* 13. *f.* 1.
Rotie. *Anderſ. iſl.* 2. *p.* 54. *f.* 1.
*Habitat in alto* Oceano. *Currit ſuper undas maris, littora fugiens. Inſtante procella arcte naves appropinquat, unde præſagia Nautarum. Per anum & os trahitur ellychnium, quod accenſum alitur pinguedine corporis & loco candelæ inſervit Ferroenſibus. Brunn.* 117.

Fregata. 2. P. nigra, ſubtus alba, pedibus nigris.
Fregata marina apus, ſubtus alba, ſuperne nigra. *Barr. av.* 73.
Hirundo americana. *Rochef. it.* 134. *t.* 135.

*Ha-*

Procellariæ *aves pelagicæ ſunt, nec ad continentis littora conſpiciuntur, expoſitæ omnibus procellis.*

*Habitat in* Oceano, Pelago.
*Avis paulo minor P. pelagica.*

glacialis. 3. P. albicans, dorſo caneſcente. *Faun. ſvec.* 144. * *Mart. act. ſtockh.* 1759. *Gunner. act. nidroſ.* 1. *p.* 182. *t.* 1. *Ström. ſondm.* 231. *
Larus marinus maximus grœnlandicus. *Anderſ. iſl.* 173. *n.* 10.
Vagellus cornubienſium. *Raj. av.* 130.
Eqvus marinus. *Cluſ. auct.* 368. *Will. orn.* 306.
Malle mucke. *Martenſ. ſpitsb.* 68. *t. N. f. C.*
Procellaria cinerea. *Briſſ. av.* 6. *p.* 143. *t.* 12. *f.* 2.
*Habitat in* Mari glaciali *ſ. intra* tropicum arcticum, *Nidificat in* Grönlandia, Spitsberga. *Edit Balænas occiſas mortuasve; homines vix metuit audaciſſima.*
*Narium Tubus conſtat unico cylindro biloculari, nec duobus diſtinctis, fuſcus in roſtro rufeſcente. Corpus album cum tinctura caneſcenti-ſubincarnata, dorſo toto magis caneſcente. Cauda rotundata, albicans. Pedes rubri.*

æquinoctialis. 4. P. fuſca immaculata, roſtro flavo, pedibus fuſcis.
Sterna major fuſca humile volitans. *Brown. jam.* 482.
Puffinus capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 6. *p.* 137.
Avis diomedea. *Redi diſſert.* 1674. *Amſtel.*
Peteril magna nigra. *Edw. av.* 89. *t.* 89.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.
*Narium tubus conſtat cylindris duobus diſtinctis parallelis.*

capenſis. 5. P. albo fuſcoque varia. *Amœn. acad.* 4. *p.* 240. *Oſb. itin.* 76.
Procellaria nævia. *Briſs. av.* 6. *p.* 146.
Damier. *Fewill. peruv.* 211.
Anas alia indica. *Geſn. av.* 803. *t.* 804. *f.* 2.
Peteril media maculata. *Edw. av.* 90. *t.* 90. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. Spei; *unde præſagia Nautarum quod C. B. S. appropinquant.*

Puffinus. 6. P. corpore ſupra nigro, ſubtus albo, pedibus rufis. *Brünnich. orn.* 119. *
Diomedea avis. *Geſn. av.* 381. *Aldr. orn.* 3. *p.* 57. *t.* 59. *Will. orn.* 251. *Raj. av.* 133.

Puffinus anglorum. *Will. orn.* 251. *Raj. av.* 134. *Edw. av.* 359. *t.* 359. *Briſſ. av.* 6. *p.* 131. *Penn. brit. t. M.*
Sterna dorſo fuſco, ventre uropygio fronteque albidis. *Brown. jam.* 482.
Aquæ ſuperficiem radens. *Will. orn.* 252. *Raj. av.* 133.
*Habitat in* Oceano ſeptentrionali, *nidificat uno ovo in cuniculorum foraminibus, piſcatur toto die, nec ante veſperam ad pullum redit. Rajus; Nidificat & incubat dorſo incumbens. Strøm.*
*Corpus magnitudine Columbæ; ſupra nigrum, ſubtus album. Remiges primores & Rectrices extrorſum fuſcæ, introrſum albæ. Genæ cæruleſcentes. Roſtrum nigrum. Pedes nigri rubrique ſimul.*

## 71. DIOMEDEA. *Roſtrum* rectum: maxilla ſuperiore apice adunca; inferiore truncata.
*Nares* ovatæ, patulæ, prominulæ, laterales.

exulans. 1. D. alis pennatis, pedibus æquilibribus tridactylis.
Albatros. *Edw. av.* 88. *t.* 88. *Alb. av.* 3. *p.* 76. *t.* 81. *Grew. muſ. t.* 6. *f.* 1. *Briſſ. av.* 6. *p.* 126.
*Habitat intra tropicos Pelagi & ad* Cap. b. Spei, *æthera altiſſime ſcandens; victitans e Triglis volitantibus a Coryphæna exagitatis.*
*Statura Pelecani Aquili, alis longiſſimis; naribus ovatis prominulis, non vero linearibus; cauda rotundata brevi, nec forficata. Femora denudata. Pedes æquilibres. Alæ longiſſimæ.*

demerſa. 2. D. alis impennibus, pedibus compedibus tetradactylis: digitis omnibus connexis.
Penguin. *Laet. amer.* 511. *Will. orn.* 242.
Penguin pedibus nigris. *Edw. av.* 94. *t.* 94.
Anſer magellanicus. *Cluſ. exot.* 101.
Scheniſcus. *Briſſ. av.* 97.
Scheniſcus nævius. *Briſſ. av.* 6. *p.* 99. *t.* 9.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

Cor-

*Corpus magnitudine Anatis majoris. Dorſum fuſco-cinereum; ſubtus album; Linea lateralis nigricans, ante pectus arcuata. Caput ſubtus fuſcum. Roſtrum edentulum, baſi ſtriatum, apice aduncum, ſubtus faſcia alba. Faux retrorſum dentata. Nares anguſtæ. Capiſtrum nudum, pilis rariſſimis breviſſimis adſperſum. Alæ impennes, ſquamatæ pennis minutiſſimis, ſupra fuſcæ, ſubtus albo fuſcoque nebuloſæ, margine poſtico albæ. Cauda breviſſima, rotundata, Rectricibus circiter 20, ſupra faſcia alba tectricum. Pedes compedes, tetradactyli, palmati, pollice etiam antico, ſed brevi, reliquis connexo.*

## 72. PELECANUS.

*Roſtrum* edentulum, rectum: apice adunco, unguiculato.
*Nares* rima obliterata.
*Facies* nudiuſcula.
*Pedes* æquilibres: digitis omnibus quatuor ſimul palmatis.

* *Roſtro edentulo.*

Onocrot. 1. P. gula ſaccata. *Syſt. nat.* 23.

*Orientalis.* α. Onocrotalus. *Geſn. av.* 630. *Olear. muſ. t.* 13. *f.* 1. *Briſſ. av.* 6. *p.* 519.
Pelecanus. *Bell. av.* 30.
Onocrotalus ſ. Pelecanus. *Aldr. orn.* 3. *p.* 42. *t.* 48, 49. *Will. orn.* 246. *t.* 63. *Raj. av.* 121. *Marſil. danub.* 6. *t.* 35. *Edw. av.* 92. *t.* 92. *Bont. jav.* 68. *Dodart. mem.* 3. *p.* 189. *t.* 26.

*occidentalis.* β. Onocrotalus ſ. Pelecanus fuſcus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 322. *Raj. av.* 191. *Briſſ. av.* 6. *p.* 524.
Onocrotalus americanus. *Edw. av.* 93. *t.* 93.
Onocrotalus pedibus cæruleis brevioribus, roſtro cochleato. *Fewill. peruv.* 257.
Pelecanus ſubfuſcus, gula diſtenſili. *Brown. jam.* 480.
Pelecanus. *Voyag. hudſ.* 1. *p.* 52. *t.* 1.
*Habitat in* Africa, Aſia, β. *in* America. *Sacco gulari aquam ſiticuloſis pullis adfert, ut etiam conterranei ſitim expleant intactis pullis. Migrat hyeme in Ægyptum. Haſſelq. it.* 288.
Remiges *nigræ*.

*An* americanus β. *fuſcus*, *ab* orientali α. *albo ſpecie ſufficienter diſtinctus*?

Aquilus. 2. P. cauda forficata, corpore nigro, roſtro rubro, orbitis nigris. *Amœn acad* 4. *p.* 238. *
Pelecanus Aquilus. *Osb. iter.* 292.
Alcyon major pulla, cauda longiore bifurca. *Brown. jam.* 483.
Vultur marinus. *Fewill. peruv.* 107.
Rabihorcado. *Nieremb. nat.* 221. *Will. orn.* 306. *t.* 77. *Raj. av.* 192.
Cari pira. *Laët. amer.* 575.
Man of var. *Sloan. jam.* 1. *p.* 30. *Edw. av.* 309. *t.* 309
Avis Rabo focardo. *Pet. gaz. t.* 54. *f.* 1. *Will. orn.* 395. *t.* 153. *Tetr. antill.* 2. *p.* 269. *t.* 246.
Frigata. *Raj. av.* 153. *Alb. av.* 3. *p.* 75. *t.* 80. *male.*
*Habitat in* Pelago *vitam agens Diomedeæ exulis, cui ſimilis, longiſſime recedens alis ampliſſimis implexu ſæpe* 14 *pedum, unde placide volat, & adeo alte ut ſæpe vix conſpiciatur, remotiſſima a continente.*
Femina *abdomine albo.* Mas *totus niger, adultior carunculis* 2 *membranaceis coccineis ſub gula. Utrisque Mandibulæ ſuperioris apex multum aduncus.*

Carbo. 3. P. cauda rotundata, corpore nigro, roſtro edentulo, capite ſubcriſtato. *Fn. ſvec.* 145. *
Pelecanus corpore atro, ſubtus albicante, rectricibus quatuordecim. *Fn. ſvec.* 116. *Zool. brit. t. J.* 1.
Morfex. *Geſn. av.* 136. *Aldr. orn.* 3. *p.* 286. *Bell. av.* 32.
Phalacrocorax. *Geſn. av.* 683. *Aldr. orn.* 3. *p.* 267. *t.* 269. *Briſſ. av.* 6. *p.* 511. *t.* 45.
Carbo aquaticus. *Geſn. av.* 136. *t.* 137.
Corvus aquaticus. *Geſn. av.* 350. *Aldr. orn.* 3. *p.* 261. *t.* 263. *Jonſt. av. t.* 47. *Will. orn.* 248. *t.* 63. *Raj. av.* 122. *Marſ. danub.* 16. *t.* 36. *Alb. av.* 2. *p.* 74. *t.* 81. *Beſl. muſ.* 29. *t.* 8.
*Habitat in* Europa; *nidificat in altis arboribus.*
*Facies non multum denudata, ſed gula usque ad oculos nuda cincta arcu flaveſcente. Occiput ſubcriſtatum. Corpus nigrum pennis margine atris; ſubtus nigrum. Cauda longior laxiorque quam in reliquis aquaticis, rotundata rectricibus XIV. Femorum macula exterior alba nigro punctata.*

** *Man-*

* * *Mandibulis ſerratis.*

Graculus. 4. P. cauda rotundata, corpore nigro, ſubtus fuſco, rectricibus duodecim, roſtro edentulo. *Fn. ſvec.* 146.
Phalacrocorax minor. *Briſſ. av.* 6. *p.* 516.
Graculus palmipes ariſtotelis ſ. Corvus aquaticus minor. *Aldr. orn.* 3. *p.* 272. *t.* 273. *Will. orn.* 249. *t.* 63. *Raj. av.* 123. *n.* 4.
Corvus aquaticus. *Alb. av.* 2. *p.* 74. *t.* 81.
Cormoran. *Dodart. memb.* 3. *p.* 213. *t.* 31.
*Habitat in* Europæ *marinis.*
*Affinis maxime P. Carbonis, ſed minor, Cauda breviore, Roſtro apice minus incurvato, Occipite non criſtato. Aliqui ejus feminam exiſtimant.*

Baſſanus. 5. P. cauda cuneiformi, corpore albo, roſtro ſerrato, remigibusque primoribus nigris, facie cærulea. *Faun. ſvec.* 147.
Anſer Baſſanus ſ. ſcoticus. *Geſn. av.* 163. *Aldr. orn.* 3. *p.* 162. *Will. orn.* 247. *t.* 63. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 2. *t.* 9. *f.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 75. *t.* 86.
Sula hojeri. *Cluſ. exot.* 367. *Will. orn.* 249. *Raj. av.* 123. *n.* 5.
Sula Baſſana. *Briſſ. av.* 5. *p.* 503. *t.* 44. *Ström. ſondm.* 233.
Soland. *Gooſe. Zool. brit. t.* J. *In * deſcr. opt.*
*Habitat in* Pelago ſeptentrionali, *vix approquinquans littora per* 2 *milliaria; indicat Halecum adventum, quem ſequitur Gentleman ſ. Jaen von Gent dicta.*
*Inſula Scotiæ* Baſſe, *menſe floreſcentiæ, hujus nidis tota inſtrata, ut vix pedem ponere liceat, tantaque copia ſupervolitantium ut nubium inſtar coelum auferat; tantusque clamor ut alloquentes vix audiantur. Harv. exercit. animal.* 11. *Pulli primi anni fuſci punctis albis trigonis. Ovum unicum ponit.*
*Corpus album. Remiges primores & parvæ tectrices plurimum nigræ. Roſtrum faux faciesque nuda cærulea. Linea pone oris angulos nigra, nuda.*

Piſcator. 6. P. cauda cuneiformi, roſtro ſerrato, corpore albo, remigibus omnibus facieque nigris. *Amœn. acad.* 4. *p.* 239. *femina.*
Diomedea piſcatoria femina. *Osb. it.* 86.
Sula candida. *Briſſ. av.* 6. *p.* 501.

*Habitat in* India *utraque* & Europa; *forte hæc, qua annulo æneo collo circumpoſito piſcantur chinenſes.*

*Mandibula ſuperior verſus baſin margine quaſi dente utrinque mutilata. Nares clauſæ. Facies ſ. orbitæ in mea exſiccata nigræ ſunt, utrum in vivis rubræ uti Briſſonius me latet.*

Sula. 7. P. cauda cuneiformi, corpore albido, roſtro dentato, remigibus primoribus apice nigricantibus, facie rubra.
Anethæus major mellinus, ſubtus albidus, roſtro ſerrato. *Brown. jam.* 481.
Anſeri baſſano congener fuſca avis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 322. *t.* 271. *f.* 2. *Raj. av.* 291. *n.* 6.
Sula. *Briſs. av.* 6. *p.* 495.
Booby. *Catesb. car.* 87. *t.* 87.
*Habitat in* Pelago indico.
*Baſſano dimidio minor. Facies nuda, rubra. Pedes rubri. Mandibula ſuperior magis apice adunca. Remiges non tantum primores, ſed & ſecundariæ extrorſum nigricantes. Rectricesque apice fuſceſcentes.*

Fiber. 8. P. cauda cuneiformi, roſtro ſerrato, corpore fuſceſcente, remigibus omnibus nigricantibus, facie rubra.
Sula fuſca. *Briſs. av.* 6. *p.* 499. *t.* 43. *f.* 1.
Anſeri baſſano congener cinereo-albus. *Sloan. jam.* 1. *p.* 31. *t.* 6. *f.* 1. *Raj. av.* 191. *n.* 5.
Fiber marinus, roſtro acutiſſimo adunco ſerrato. *Feuill. peruv.* 98.
*Habitat in* Oceano, Africano, Americano.
*Corpus cinereo-fuſcum. Uropygium album.*

## 73. PLOTUS. *Roſtrum* rectum, acuminatum, denticulatum.
*Facies* tecta.
*Pedes* palmati omnibus digitis connexis.

Anhinga. 1. PLOTUS.
Anhinga. *Marcgr. braſ.* 218. *Will. orn.* 250. *t.* 72. *Raj. av.* 124. *n.* 7. *Briſs. av.* 6. *p.* 477.
*Habitat in* America *auſtrali; more Serpentum, contracto prius longiore collo, ejaculatur roſtrum in Piſces.*
Col-

Collum *longum.* Pedes *breves digitis omnibus connexis.* Caput *tomentoſum plumis minutiſſimis.*

74. PHAËTON. *Roſtrum* cultratum, rectum, acuminatum, Fauce pone roſtrum hiante.
*Nares* oblongæ.
*Digitus* poſticus antrorſum verſus.

æthereus. 1. P. rectricibus duabus longiſſimis, roſtro ſerrato, pedibus æquilibribus: digito poſtico connexo.
Avis tropicorum. *Catesb. car.* 3. *p.* 14. *t.* 14. *Raj. av.* 191. *n.* 4. & 123. *n.* 6. *Will. orn.* 250. *t.* 76. *Edw. av.* 149. *t.* 149. *f.* 1. *Sloan. jam.* 1. *p.* 22. *Kalm. iter.* 2. *p.* 149. *Osb. iter.* 291. *Tetr. antill.* 2. *p.* 276. *t.* 246.
Avis Rabos forcados. *Aldr. orn. l.* 20. *p.* 544.
Larus leucomelanus, cauda longiſſima bipenni. *Fewill. peruv.* 116.
Lepturus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 489. *t.* 24. *f.* 1.
Lepturus candidus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 485. *t.* 42. *f.* 2.
Lepturus fulvus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 489.
*Habitat in* Pelago *inter tropicos. Osbeck. Unde præſagia Nautarum, quod Indias intrarunt.*
Magnitudo *Anatis, alba, ſupra lineis nigricantibus undulata tota; ſubtus immaculata.* Faſcia *nigra per oculos.* Roſtrum *ſangvineum, compreſſum, rectius quam P. Piſcatoris, margine retrorſum ſerratum.* Pedes *pallidi, extrorſum nigri, digito quarto etiam membrana affixo.* Remiges *omnes ſubtus albæ: primores ſupra latere exteriore nigræ; ſecundariæ ſupra linea longitudinali nigra.* Rectrices *albæ in cauda cuneiformi, verſus apicem lineola ſubſagittata fuſca; omnes ſupra rachi nivea.*

demerſus. 2. P. alis impennibus, pedibus compedibus: digito poſtico diſtincto.
Penguin. *Edw. av.* 49. *t.* 49.
Catarractes. *Briſſ. av.* 6. *p.* 102.
*Habitat ad* Tropicum Capricorni.
*Roſtrum & Pedes rubri. Digitus poſticus antrorſum verſus. Nares lineares.*

75. CO-

75. COLYMBUS. *Roſtrum* edentulum, ſubulatum, rectum, acuminatum.
*Faux* dentata.
*Nares* lineares, ad baſin roſtri.
*Pedes* compedes.

Grylle. 1. C. pedibus palmatis tridactylis, corpore atro, tectricibus alarum albis *Fn. ſvec.* 148. *
Columba groenlandica. *Mart. ſpitsb.* 56. *t. L. f. B. Will. orn* 245. *Raj. av.* 121. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 73. *t.* 88. *Edw. av.* 50. *t.* 50. *Anderſ. iſl.* 2. *p.* 54. *t.* 1. *Gunn. act. nidroſ.* 1. *p.* 258. *t.* 4. *Zool. brit. t. H. H.* 4.
Uria minor nigra. *Briſſ. av.* 6. *p.* 76.
Uria minor ſtriata. *Briſſ. av.* 6. *p.* 78.
Taiſte. *Strom. ſondm.* 258.
*Habitat intra circulum* arcticum *vel in ſummo* arctoo, *minus alte volitans.*
Roſtrum & *Pedes* & *Faux ſanguinea.* Feminæ *abdomen album.* Pullus *primo anno adſperſus maculis albis & nigris.* Hyeme *caneſcit avis capite, collo, anterioreque dorſo.*

Troile. 2. C. pedibus palmatis tridactylis, corpore nigro, pectore abdomineque niveo, remigibus ſecundariis apice albis. *Faun. ſvec.* 149. * *Act. holm.* *Brunn. orn.* 108.
Uria. *Briſs. av.* 6. *p.* 70. *t.* 6. *f.* 1.
Lomvia. *Cluſ. exot.* 367. *Will. orn.* 244. *t.* 65. *Raj. av.* 120.
Guillemot. *Alb. av.* 1. *p.* 80. *t.* 84. *Edw. av.* 359. *t.* 359. *f.* 1. *Zool. brit. t. H. H.* 3.
Lumme. *Mart. ſpitsb.* 57. *t. M. f. A.*
*Habitat ad & intra* circulum arcticum.

ſeptentrionalis. 3. C. pedibus palmatis tetradactylis, collo ſubtus macula ſcutiformi ferruginea.
Colymbus *Lumme* corpore ſupra nigricante, ſubtus albo, collo antice ferrugineo. *Brunn. orn.* 132.
Colymbus *arcticus* collo rufo. *Gunner. act. nidroſ.* 1. *p.* 244. *t.* 2. *f.* 2.

Co-

Colymbi *nequeunt incedere, at citiſſime ſupra aquam currunt, & egregie urinantur.*

Colymbus caudatus, gutture nigro. *Edw. av.* 97. *t.* 97.
Colymbus arcticus. *Ström. ſondm.* 1. *p.* 243.
Mergus gutture rubro. *Briſs. av.* 6. *p.* 111. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *borealis lacubus: Mas & Femina individui ſocii. Nidificant in ipſo littore absque arte. Ova* 2, *altero ſubgloboſo; natant velociter, curſitant ocyſſime ſupra undas, urinantur egregie, præſagiendo tempeſtates volitant miſereque clamitant.*
Corpus *ſupra fuſcum punctis minutis albis.* Collum *ſupra lineolis albidis; ſubtus macula ſcutiformi ferruginea immaculata, a jugulo ad gulam extenſa.*

arcticus. 4. C. pedibus palmatis tetradactylis, capite cano, collo ſubtus atro-violaceo: faſcia alba interrupta.
Colymbus *arcticus. Fn. ſvec.* 150. * *It. gotl.* 341. *
Colymbus *arcticus* capite colloque cinereis, gutture nigro-violaceo, dorſo nigro maculis quadrangularibus albis. *Brunn. orn.* 133.
Colymbus arcticus Lumme. *Will. orn.* 259. *t.* 62. *Raj. av.* 125. *n.* 7.
Colymbus arcticus Hymber. *Gunner. act. nidroſ.* 1. *p.* 240. *t.* 2. *f.* 1.
Lumme. *Worm. muſ.* 304. *t.* Q. Q. *Muſ. haffn.* 1. *ſ.* 2. *n.* 2. *t.* 1. *n.* 2.
Mergus gutture nigro. *Briſſ. av.* 6. *p.* 115. *n.* 4.
Hirundinis aquaticæ ſpecies exotica. *Beſl. muſ.* 31. *t.* 17.
*Habitat in* Europæ *borealis lacubus & mari. Ruſtici noſtrates præcedentis feminam ſtatuunt.*
Caput *canum.* Collum *ſupra canum immaculatum; ſubtus a gula ad medium atro-violaceum: faſcia gulari alba interrupta.* Dorſum *nigrum faſciis interruptis ſ. maculis albis quadratis.* Alarum *tectrices albo punctatæ.* Roſtrum *omnino antecedentis.*

glacialis. 5. C. pedibus palmatis tetradactylis, capite colloque nigro-violaceo, faſcia gulæ cervicisque alba interrupta.
Colymbus *torquatus* capite colloque nigro-vireſcentibus, medio colli torque ex albo nigroque, dorſo maculis quadratis albis. *Brunn. orn.* 134.
Colymbus maximus ferroenſis ſ. arcticus. *Cluſ. exot.* 102. *Worm. muſ.* 303. *Nieremb. nat.* 216.

Co-

Colymbus maximus ſtellatus. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 20. *t.* 15. *f.* 1.
Mergus maximus farrenſis. *Will. orn.* 259. *Raj. av.* 125. *n.* 4. β. *Alb. av.* 3. *p.* 39. *t.* 93. *Edw. av.* 146. *t.* 146.
Mergus major nævius. *Briſs. av.* 6. *p.* 120. *t.* 11. *f.* 2.
*Habitat in* Mari arctico.
Major *duplo duobus præcedentibus.* Roſtrum *pallidum, duplo altius.* Caput & Collum *atro-violacea.* Gula *faſcia alba interrupta.* Cervix *in medio faſcia alba lata, antice non coiens.* Dorſum *nigrum maculis quadratis albis.* Alarum *tectrices punctis albis.*

Immer. 6. C. pedibus palmatis tetradactylis, corpore ſupra nigricante albo undulato, ſubtus toto albo. *Brunn. orn.* 129.
Colymbus Imber ſ. Immer. *Gunner. act. nidr.* 1. *p.* 246. *t.* 13. *Ström. ſondm.* 1. *p.* 236.
*Habitat in* Oceano glaciali; *an præcedentis varietas? negat Ström.*
Corpus *ſupra nigricans marginibus pennarum albis; Subtus album faſcia nigra inter femora, uti tres præcedentes.*

criſtatus. 7. C. pedibus lobatis, capite rufo, collari nigro, remigibus ſecundariis albis. *Fn. ſvec.* 151. *
Colymbus major criſtatus ſ. cornutus. *Geſn. av.* 139. *Aldr. orn.* 3. *p.* 253. *t.* 255. *Will. orn.* 257. *t.* 61. *Raj. av.* 124. *Marſil. danub.* 80. *t.* 38. *Alb. av.* 1. *p.* 71. *t.* 81.
Colymbus cornutus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 45. *t.* 5. *f.* 1.
Colymbus major ſecundus. *Aldr. orn.* 3. *p.* 251.
Mergus alius, in lacu tigurino. *Geſn. av.* 138. *t.* 139.
Ardea exotica aurita. *Pet. gaz.* 68. *t.* 43. *f.* 2.
Avis cucullatæ exoticæ admiranda ſpecies. *Beſl. muſ.* 32. *t.* 8.
*Habitat in* Europa.

auritus. 8. C. pedibus lobatis, capite nigro, auribus criſtato-ferrugineis. *Fn. ſvec.* 152. *.
Colymbus ſ. Podiceps minor. *Will. orn.* 258. *t.* 61. *Sloan. jam.* 2. *p.* 322. *t.* 271. *f.* 1. *Raj. av.* 125. *Marſ.*

*Marſ. danub.* 82. *t.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 70. *t.* 67. *Edw. av.* 145. *t.* 145. & 96. *t.* 96.
Colymbus minor. *Aldr. orn.* 3. *p.* 256.
Colymbus cornutus minor. *Briſſ. av.* 6. *p.* 50.
Trapazorola ſ. Mergulus. *Geſn. av.* 140.
β. Colymbus auritus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 54. *Edw. av.* 96. *t.* 96.
Merguli genus alterum. *Geſn. av.* 141.
γ. Colymbus fluviatilis. *Briſſ. av.* 6. *p.* 59.
Colymbus parvus. *Bell. av.* 38.
Colymbus minor bellonii. *Aldr. orn.* 3. *p.* 257. *t.* 258.
Colymbus vel Urinatrix. *Geſn. av.* 128.
Mergus parvus fluviatilis. *Geſn. av.* 141.
Urinatricum tertium genus. *Aldr. orn.* 3. *p.* 257.
*Habitat in ſummis* Europæ & Americæ *lacubus, at Nidum natantem conficit inter arundines.*
*Avis mire variat ætate, tempore anni, ſexu.*

Urinator. 9. C. pedibus lobatis, capite lævi, macula alarum alba.
Colymbus major lacus lemmi. *Edw. av. t.* 360. *f.* 2.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Corpus *ſupra nigrum, ſubtus album. Macula alarum lata, alba. Linea nigra inter oculos & roſtrum. Palpebra inferior lutea.*

dominicus. 10. C. pedibus lobatis, capite lævi, corpore ſubtus confertim maculato.
Colymbus fluviatilis dominicenſis. *Briſs. av.* 6. *p.* 64. *t.* 5. *f.* 2.
*Habitat in* Dominica.

Podiceps. 11. C. pedibus lobatis, corpore fuſco, roſtro faſcia ſeſquialtera.
Podiceps minor roſtro vario. *Catesb. car.* 1. *p.* 91. *t.* 91.
Colymbus fluviatilis carolinenſis. *Briſs. av.* 6. *p.* 63.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

## 76. LARUS. *Roſtrum* edentulum, rectum, cultratum, apice ſubadunco: Mandibula inferior infra apicem gibba.
*Nares* lineares, antice latiores, in medio roſtri ſitæ.

Riſſa. 1. L. albus, dorſo cano, rectricibus albis totis, pedibus tridactylis. *Brunnich. orn.* 140.
*Habitat ſub Arctoo, in* Iſlandia, Chriſtiansoe.
*Loco digiti poſtici gibboſitas exigua Roſtrum flavum. Cauda tota alba.*

tridactylus. 2. L. albicans, dorſo caneſcente, rectricum apicibus excepto extimo nigris, pedibus tridactylis. *Fn. ſvec.* 157. *Penn. brit. L.* 3.
Larus hybernus. *Alb. av.* 2. *p.* 80. *t.* 87.
Larus cinereus. *Bell. av.* - - *Raj. av.* 128. *n.* 4.
Larus fuſcus ſ. hybernus. *Will. orn.* 266. *t.* 66. *Raj. av.* 130. *n.* 14. *Zool. brit. t. P. P.* 3.
Gavia hyberna. *Briſſ. av.* 6. *p.* 189.
*Habitat in* Europa *ſeptentrionali.*
Femora *denudata, vireſcentia.* Pollex *obſoletus, muticus.*

canus. 3. L. albus, dorſo cano. *Fn. ſvec.* 153. *
Larus albus. *Alb. av.* 2. *p.* 77. *t.* 84.
Larus cinereus minor. *Aldr. orn.* 3. *p.* 73. *t.* 75. *Will. orn.* 268.
Gavia cinerea. *Briſſ. av.* 6. *p.* 175. *t.* 16. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.
Roſtrum *flavum.* Pedes *fulvi.*

cinerarius. 4. L. albus, dorſo cano, macula pone oculos fuſca.
Gavia cinerea minor. *Briſſ. av.* 6. *p.* 178. *t.* 17. *f.* 1.
Larus cinereus major. *Aldr. orn.* 3. *p.* 72. *t.* 74.
Larus albus major. *Will. orn.* 264. *t.* 129. *n.* 9.
Larus marinus albus. *Geſn. av.* 589.
*Habitat in* Europa.
*Differt a L. cano imprimis macula inter oculos & aures fuſca.*

5. L.

---

Pulli *primi anni plerumque in his griſei ſunt; unde ſpeciei facilis multiplicatio. Lari agitati evomunt vel explodunt ingeſtum cibum.*

nævius. 5. L. albus, dorſo cinereo, rectricibus apice nigris.
Gavia cinerea nævia. *Briſſ. av.* 6. *p.* 185. *t.* 17. *f.* 2.
Larus albo cinereus, torque cinereo. *Aldr. orn.* 3. *p.* 73. *t.* 77. *Will. orn.* 266. *t.* 66.
Larus cinereus major. *Bell. av.* 35. *Marſ. dan.* 5. *p.* 86. *t.* 41.
*Habitat in* Mari Europæo.
Roſtrum *nigrum*. Pedes *olivacei*. *Penna extima rectricum tota alba eſt.*

marinus. 6. L. albus, dorſo nigro. *It. gottl.* 214. *It. w:got.* 156. *Fn. ſvec.* 155.
Larus ingens marinus. *Cluſ. exot.* 104. *Alb. av.* 3. *p.* 89. *t.* 94.
Larus maximus ex albo & nigro varius. *Will. orn.* 261. *Raj. av.* 127. *Zool. brit. t. L. L.*
Larus niger. *Briſſ. av.* 6. *p.* 158.
*Habitat in* Europa.
Magnitudo *Anſeris*. Remiges *apice albo*. Roſtrum *Pedesque rubri*.

fuſcus. 7. L. albus, dorſo fuſco. *Fn. ſvec.* 154. *
Larus cinereus maximus. *Will. orn.* 262. *Raj. av.* 127. *n.* 2. *Marſ. dan.* 5. *p.* 84. *t.* 40.
Larus griſeus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 162.
*Habitat in* Europa.
Roſtrum *Pedesque flavi*.

Atricilla. 8. L. albus, capite nigricante, roſtro rubro, pedibus nigris.
Larus cinereus major baltneri. *Will. orn.* 263. *Raj. av.* 129. *n.* 8.
Gavia ridibunda. *Briſſ. av.* 6. *p.* 192. *t.* 18. *f.* 1.
Larus major. *Catesb. car.* 1. *p.* 89. *t.* 89.
*Habitat in* America, Europa.
Roſtrum *ſanguineum*. Pedes *nigri*. Corpus *cinereum, ſubtus album*.

ridibundus. 9. L. albidus, capite nigricante, roſtro pedibusque rubris.
Larus cinereus ornithologi. *Will. orn.* 264. *t.* 66. *Raj. av.* 128. *n.* 5.
Larus capite fuſco. *Alb. av.* 3. *p.* 56. *t.* 86.
Gavia ridibunda phoenicopos. *Briſſ. av.* 6. *p.* 196.
Cephus turneri. *Geſn. av.* 249.
*Habitat in* Mari Europæo.
*Voce cachinnos æmulatur.*

paraſiticus. 10. L. rectricibus duabus intermediis longiſſimis. *Faun. ſvec.* 156. *
Sterna rectricibus maximis nigris. *It. wgoth.* 182. *Act. Stockh.* 1753. *p.* 291.
Larus ſubfuſcus major, vertice nigro, ventre albido, rectricibus intermediis longiſſimis. *Brown. jam.* 482.
Stercorarius longicaudatus. *Briſs. av.* 6. *p.* 155. 150.
Avis norvegica Kyuſſa. *Oel. muſ.* 1. *ſ.* 11. *n.* 20.
Truen ſ. Fur. *Barth. act.* 1. *p.* 91.
Coprotheres. *Raj. av.* 127. *n.* 2. *Martenſ. ſpitz.* 63. *t. L. f. D.*
Avis arctica. *Edw. av.* 148. *t.* 148.
*Habitat intra tropicum* Cancri: Europæ, Americæ, Aſiæ.
*Piſcatura inepta ipſa agitat congeneres, ut vomitu ab iis ejectum cibum arripiat.*
*Rachis remigum rectricumque, imprimis ſubtus, nivea.*

Catarractes. 11. L. griſeſcens, remigibus rectricibusque baſi albis, cauda ſubæquali.
Catharacta *Skua* corpore ſupra e fuſco luteoque longitudinaliter maculato, macula alari alba, abdomine pallide luteſcente immaculato, cauda ſubæquali. *Brunnich. orn.* 125. *
Catarractes. *Geſn. av.* 246. *Aldr. orn.* 3. *p.* 84. *Will. orn.* 265. *t.* 67. *Raj. av.* 129.
Catarractes noſter. *Will. orn.* 265. *Raj. av.* 128. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 20. *t.* 14. *f.* 2.
Larus fuſcus. *Briſſ. av.* 6. *p.* 165. *Alb. av.* 2. *p.* 55. *t.* 85.
Skua hoyeri. *Cluſ. exot.* 369. *Barth. act.* 1. *p.* 91. *Raj. av.* 128
Avis arctica femina. *Edw. av.* 149. *t.* 149. *f.* 2.
*Habitat circa* polum arcticum. *a D. Brunnichio.*
*Roſtrum cera ultra medium tectum in Catarracte & paraſitico, ſed nares utraque pervia & perſpicua, ut in Laris. Magnitudo Anſeris ſ. præcedentis dupla.* Remiges *omnes baſi albæ, uti &* Rectrices. Corpus *ſcolopacinum.* Abdomen *totum teſtaceum, immaculatum.*

77. STER-

77. STERNA. *Roſtrum* edentulum, ſubulatum, ſubrectum, acutum, compreſſiuſculum.
*Nares* lineares, ad baſin roſtri ſitæ.

ſtolida. 1. S. cauda cuneiformi, corpore nigro, fronte albicante, ſuperciliis atris. *Amœn. acad.* 4. *p.* 240.
Hirundo marina major, capite albo. *Sloan. jam.* 1. *p.* 31. *t.* 6. *f.* 2. *Cateſb. car.* 1. *p.* 88. *t.* 88.
Anæthetus minor fuſcus, vertice cinereo, roſtro glabro. *Brown. jam.* 481.
Larus gavia fuſca. *Briſſ. av.* 6. *p.* 199. *t.* 18. *f.* 2.
Paſſer ſtultus. *Nieremb. nat.* 207. *Will. orn.* 297. *Raj. av.* 154.
*Habitat in* Americæ *Pelago, vix homines adventantes metuens.*
*Roſtrum Pedesque nigri.*

Hirundo. 2. S. cauda forficata: rectricibus duabus extimis albo nigroque dimidiatis. *Faun. ſvec.* 158. * *Penn. brit. t. L.*
Sterna. *Geſn. av.* 53. *Aldr. orn.* 3. *p.* 78. *Jonſt. av.* 130. *t.* 46.
Sterna major. *Briſs. av.* 6. *p.* 203. *t.* 19. *f.* 1.
Hirundo marina major. *Raj. av.* 191. *n.* 7.
Hirundo marina. *Will. orn.* 268. *t.* 68. *Raj. av.* 131. *Alb. av.* 2. *p.* 79. *t.* 90.
Larus albicans. *Marſ. dan.* 5. *p.* 88. *t.* 42.
*Habitat in* Europa. *Mas & Femina indiſſolubiles ſocii monogami.*
Pileus *niger a roſtro ad nucham.* Roſtrum *Pedesque rubri.*

nigra. 3. S. cauda ſubforficata, corpore cano, capite roſtroque nigro, pedibus rubris. *Fn. ſvec.* 159. *
Sterna fuſca. *Raj. av.* 131.
Hirundo marina minor. *Alb. av.* 2. *p.* 82. *t.* 89.
Larus cinereus minor. *Aldr. orn.* 3. *p.* 71. *Will. orn.* 265.
*Habitat in* Europa; *vivit in ſocietate.*
*Roſtrum Pedesque rubri.*

minuta. 4. S. cauda forficata, corpore albo, dorſo cano, fronte ſuperciliisque albis.
Larus piſcator. *Geſn. av.* 587. *t.* 588. *Aldr. orn.* 3. *p.* 80. *t.* 79. *Jonſt. av. t.* 46. *Will. orn.* 269. *t.* 68. *Raj. av.* 131. *n.* 2.
*Habitat in* Europa auſtraliore. *D. D. Kramer.*
Magnitudo *minima*, *vix Hirundinis domeſticæ.* Caput *pileo nigro; fronte alba bifida, unde lobus albedinis utrinque ſupra oculos.* Dorſum *cinereum.* Alba *ſunt Pectus, Abdomen, Collumque ſubtus, Caudaque bifida.* Roſtrum Pedesque *rubri.*

nævia. 5. S. cauda emarginata, corpore variegato, macula aurium nigra.
Sterna nævia. *Briſſ. av.* 6. *p.* 216. *t.* 20. *f.* 2.
Rallus lariformis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 153.
Larus cinereus fiſſipes, roſtro & pedibus rufeſcentibus. *Marſ. dan.* 5. *p.* 92. *t.* 44.
Larus fiſſipes. *Alb. av.* 2. *p.* 75. *t.* 82.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*
*Roſtrum nigricans. Pedes vireſcentes.*

fuſcata. 6. S. cauda emarginata, corpore nigricante immaculato, pedibus rubris, roſtro fuſco.
Sterna fuſca. *Briſſ. av.* 6. *p.* 220. *t.* 21. *f.* 1.
*Habitat in Inſula* Dominicenſi.

fiſſipes. 7. S. cauda emarginata, corpore nigro, dorſo cinereo, abdomine albo, pedibus rubicundis.
Sterna nigra. *Briſs. av.* 6. *p.* 211. *t.* 20. *f.* 1.
Larus niger. *Geſn. av.* 588. *Aldr. orn.* 3. *p.* 81. *Will. orn.* 269. *t.* 68. *Raj. av.* 131.
Larus niger fidipes. *Aldr. orn.* 3. *p.* 82. & 270. *t.* 68. *Will. orn.* 270. *Raj. av.* 132.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*
Pedes *magis fiſſi, minusque palmati, quam in reliquis.*

## 78. RYNCHOPS. *Roſtrum* rectum: mandibula ſuperiore multo breviore; inferiore apice truncata.

nigra. 1. R. nigricans, ſubtus alba, roſtro baſi rubro.

Ryg-

Rygchopſalia dorſo nigro, ventre albo. *Barr. av.* 20. *Briſſ. av.* 6. *p.* 223. *t.* 21. *f.* 2.
Larus major, roſtro inæquali. *Catesb. car.* 1. *p.* 90. *t.* 90.
Plotus roſtro conico inæquali. *Klein. av.* 142.
Avis carolina, roſtro cultriformi. *Pet. gaz. t.* 76. *f.* 2. *muſ.* 541.
Avis maderaſp. major, novaculæ facie. *Raj. av.* 194. *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in* America: *volando aquæ ſuperficiem radit, ex illa inſecta piſciculosque, mandibula inferiore introducta, extrahit; victitat etiam Conchiliis.*

fulva. 2. R. fulva, roſtro nigro. †
Ryngchopſalia fulva, roſtro nigro. *Barr. av.* 20.
*Habitat in* America.
*Varietas forte præcedentis. Briſſ.*
*Genus proxima affinitate Laris junctum.*

# IV. GRALLÆ.

*Roſtrum ſubcylindricum, obtuſiuſculum.*
*Lingua integra, carnoſa.*
*Femora ſupra genua denudata.*

## 79. PHOENICOPTERUS.

*Roſtrum* denudatum, infracto-incurvatum, denticulatum.
*Nares* lineares.
*Pedes* palmati, tetradactyli.

ruber. 1. P. ruber, remigibus nigris.

Phœnicopterus. *Bell. av.* 199. *Geſn. av.* 689. *t.* 690. *Aldr. orn.* 3. *p.* 319. *t.* 321, 322. *Will. orn.* 360. *t.* 60. *Raj. av.* 190 & 117. *Tetr. itin.* 300. *Worm. muſ.* 200. *Grew. muſ.* 67. *t.* 5. *Sloan. jam.* 2. *p.* 321. *Act. angl.* 350. *p.* 523. *Seb. muſ.* 1. *p.* 123. *t.* 67. *f.* 1. *Cateſb. car.* 1. *p.* 73. *t.* 73, 74. *Alb. av.* 2. *p.* 71. *t.* 77. *Briſſ. av.* 6. *p.* 532. *t.* 47. *f.* 1.

*Habitat in* Africa, America, *rarius in* Europa. *Dum edat, collum ita contorquet, ut mandibulæ ſuperioris dorſum planum terram attingat, caputque utrinque motitat & ſic cibum arripit.* Nidum *ſtruit in aquis ſuper rupes, ut pedes dum incubat exſertos habeat, uno in uno latere, altero in altero. Dat mihi penna rubens nomen, ſed lingua guloſis: Apicio, Caligulæ, Vitellio, Heliogabalo expetita fuit, teſtantibus Plinio, Martiali, Svetonio, Lampridio.*

Colores *variant ſecundum ætates.* Roſtrum *anſerinum, cute veſtitum, incarnatum apice nigro.* Mandibula Superior *anguſtior, antice plana, incurva, utrinque marginata.* M. inferior *in medio triplo latior, ſed canaliculato-compreſſa, reſpondens ſuperiori, apice ſubtus plicata utrinque ſulcis ſex. Margo utrinque lamellato-denticulatus. Medium inter Anſeres & Grallas, ſi quis ad præcedentem ordinem referat, forte non errat.*

80. PLA-

80. PLATALEA. *Roſtrum* planiuſculum: apice dilatato, orbiculato, plano.
*Pedes* tetradactyli, ſemipalmati.

Leucorodia. 1. P. corpore albo, gula nigra, occipite ſubcriſtato. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 26.* *
Anas roſtro plano, apice dilatato rotundatoque. *Faun. ſvec. 160.* *
Platea ſ. Pelecanus. *Geſn. av. 666. Jonſt. av. 103. t. 46. Will. orn. 212. t. 52. Raj. av. 102. Worm. muſ. 1. ſ. 2. t. 11. ſ. 10. Marſil. dan. 5. p. 28. t. 12. Briſſ. av. 5 p. 352.*
Leucorodias. *Aldr. orn. l. 20. c. 13. Aldr. orn. 3. p. 384. t 385.*
Platina ſ. Cochlearia. *Olear. muſ. 23. t. 13. f. 4. Beſl. muſ. t. 9. f. 4.*
Albareola. *Alb. av. 2. p. 61. t. 66.*
*Habitat in* Europa, *nidificat in Arboribus altiſſimis.*
Roſtrum & Pedes *nigri. Pennæ occipitis elongatæ in criſtam. Orbitæ oculorum & gula nuda nigra.*

Ajaja. 2. P. corpore ſanguineo.
Platea roſea. *Briſſ. av. 5. p. 356. t. 30.*
Plateà incarnata. *Sloan. jam. 2. p. 316. Raj. av. 189. n. 5.*
Platea braſilienſis Ajaja dicta. *Marcgr. braſ. 204. Raj. av. 102. Will. orn. 213.*
β. Tlauhquechul ſ. Platea mexicana. *Hern. mex. 49. Raj. av. 102. Will. orn. 213.*
Avis vivivora. *Nieremb. nat. 212.*
Platea coccinea *Briſſ. av. 5. p. 539.*
*Habitat in* America *Auſtrali.*
*Facies denudata alba eſt.*

pygmea. 3. P. corpore ſupra fuſco, ſubtus albo. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 26.* *
*Habitat* Surinami.
*Magnitudo Paſſeris.*

**81. PALAMEDEA.** *Roſtrum* conicum: mandibula ſuperiore adunca.
*Nares*. . . .
*Pedes* tetradactyli, fiſſi.

cornuta. 1. P. alulis biſpinoſis, fronteque cornuta.
Anhima. *Marcgr. braſ.* 215. *Jonſt. av. t.* 61. *Will. orn.* 202. *t.* 47. *Laet amer.* 13. *Cond. amaz.* 174. *Briſſ. av.* 5. *p.* 518.
*Habitat in* Braſilia, Guiania; *mas & femina ſemper juncti incedunt; nidus e luto forma furni ſupra terram; terribili voce clamitans.*
Cornu *in fronte ad baſin roſtri recurvatum.* Spinæ 2 *ad Alulam.* Corpus *magnitudine Cygni.*

criſtata. 2. P. inermis, fronte criſtata. †
Cariama. *Marcgr. braſ.* 203. *Will. orn.* 202. *t.* 51. *Raj. av.* 96. *n.* 6. *Briſs. av.* 5. *p.* 516.
*Habitat in* Braſilia. *Clamor longe auditur.*
*Magnitudo Ardeæ. Roſtrum & Pedes flaveſcentes. Criſta frontis erecta. Pollex obſoletus terram non attingens.*

**82. MYCTERIA.** *Roſtrum* ſubadſcendens, acutum: Mandibula ſuperiore triquetra rectiſſima; Mandibula inferiore trigona acuminata adſcendente.
*Frons* calva.
*Nares* lineares.
*Lingua* nulla. *Marcgr.*
*Pedes* tetradactyli.

americana. 1. Mycteria.
Jabiru-guacu. *Marcgr. braſ.* 201. *Piſ. braſ.* 87. *Raj. av.* 96. *Will. orn.* 202. *t.* 47. *f.* 2, 4.
Ciconia braſilienſis. *Briſs. av.* 5. *p.* 371.
*Habitat in* America *calidiore.*

*Magni-*

*Magnitudo Ciconiæ, alba, remigibus rectricibusque nigro-purpuraſcentibus.*
Conf. *Grew. muſ. t. 5. f. 1.*

## 83. CANCROMA. *Roſtrum* gibboſum: mandibula ſuperiore cymbæ reſupinatæ forma.

Cochlearia. 1. C. ventre rufeſcente.
Cochlearius. *Briſſ. av. 5. p. 506.*
*Habitat in* Guiana.

Cancrophaga. 2. C. ventre candicante.
Cochlearius fuſcus. *Briſſ. av. 5. p. 509.*
Tamatia. *Marcgr. braſ.* 208. *Jonſt. av. t. 59. Will. orn.* 238. *Raj. av.* 116. *n.* 12.
*Habitat in* Braſilia.

## 84. ARDEA. *Roſtrum* rectum, acutum, longum, ſubcompreſſum, ſulco e naribus verſus apicem exaratum.
*Nares* lineares.
*Pedes* tetradactyli.

* Criſtatæ: *roſtro vix capite longiore.*

pavonina. 1. A. criſta ſetoſa erecta, temporibus palearibusque binis nudis.
Grus balearica. *Aldr. orn.* 3. *p.* 361. *t.* 362, 363. *Will. orn.* 201. *t.* 48. *Raj. av.* 95. *Dodart. mem.* 3. *p.* 199. *t.* 28. *Beſl. muſ.* 36. *t.* 9.
Grus criſtata africana. *Edw. av.* 192. *t.* 192.
Pavo marinus. *Cluſ. exot.* 105.
Grus capenſis fuſca, capite aureo galeato. *Pet. gaz. t.* 76. *f.* 9.
Balearica. *Briſſ. av. 5. p.* 511. *t.* 41.
*Habitat in* Africa: *in* Balearibus.
Caput *nigrum.* Criſta *flaveſcens: pennis apice nigris.* Alæ *albæ.* Cauda *nigra, æqualis.*

Virgo. 2. A. ſuperciliis albis poſtice retrorſumque longe criſtatis.
Virgo numidica. *Edw. av.* 134. *t.* 134. *Dodart. mem.* 3. *p.* 3. *t.* 35.
Grus numidica. *Alb. av.* 3. *p.* 78. *t.* 83. *Briſſ. av.* 5. *p.* 388.
*Habitat in* Oriente.
Corpus *magnitudine Ciconiæ*, *cæruleo-cinereum*; *capite remigibusque primariis apice nigris*. Pennæ *paleares nigræ*, *pendulæ*. Oculi *rubri pupilla cinerea*. *Pone oculos utrinque criſta pennacea recurvata longa alba*. Pedes *nigri*. Roſtrum *baſi viride*, *medio luteum*, *apice rubrum*.

* * Grues: *capite calvo*.

canadenſis. 3. A. ſincipite nudo papilloſo, corpore cinereo, alis extus teſtaceis.
Grus fuſca canadenſis. *Edw. av.* 133. *t.* 133.
Grus freti hudſonis. *Briſſ. av.* 5. *p.* 385.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*.

Grus. 4. A. occipite nudo papilloſo, pileo remigibusque nigris, corpore cinereo, tectricibus intimis laceris. *Faun. ſvec.* 161. *
Grus. *Bell. av.* 41. 6. *Geſn. av.* 528. *t.* 529. *Aldr. orn.* 3. *p.* 324. *t.* 329. *Will. orn.* 200. *t.* 48. *Raj. av.* 95. *Marſ. dan.* 5. *p.* 6. *t.* 1. *Alb. av.* 2. *p.* 60. *t.* 65. *Briſſ. av.* 5. *p.* 374. *t.* 33.
*Habitat in* Europæ, Africæ *campis ſubhumidis*; *victitat Granis*; *Hybernat in Lithuania*, *Podolia*, *Helleſponto*, *Oriente*. *Trans pontum fugat & terris immittit apricis*. *Virg*. *Quieſcit ſuper unicum pedem*.

americana. 5. A. vertice nucha temporibusque nudis papilloſis, fronte nucha remigibusque primariis nigris, corpore albo.
Grus americana alba. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 75. *t.* 75. *Edw. av.* 132. *t.* 132. *Briſſ. av.* 5. *p.* 382.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*.
Caput *ſubtus ad maxillam inferiorem rubrum eſt*. Roſtrum *flavicans apice ſerratum*. Pedes *nigri*. Rectrices *candidæ*.

6. A.

---

Ardeæ *diſtinctæ fuere Roſtro a naribus ſulco exarato*: *Mandibulis apice ſubſerratis*, *ut in A. americana & ungue intermedio extrorſum dilatato-ſerrato*.

Antigo-ne. 6. A. capite nudo collarique papilloſo rubris, corpore cinereo, remigibus primoribus nigris.
Grus major indica. *Edw. av.* 45. *t.* 45.
Grus orientalis indica. *Briſſ. av.* 5. *p.* 378.
*Habitat in* Aſia.
*Pone oculos macula parva alba, & vertex albus.* Roſtrum *flavo-vireſcens.* Pedes *rubri.* Rectrices *cinereæ.*

* * * *Ciconiæ* orbitis nudis.

Ciconia. 7. A. alba, orbitis nudis remigibusque nigris, roſtro pedibus cuteque ſanguineis. *Fn. ſvec.* 162. *
Ciconia. *Bell. av.* 45. *a. Geſn. av.* 262. *Aldr. orn.* 3. *p.* 291. *Jonſt. av.* 147. *t.* 50. *Marſil. danub.* 5. *p.* 26. *t.* 11.
Ciconia alba. *Will. orn.* 210. *t.* 52. *Raj. av.* 97. *Alb. av.* 2. *p.* 59. *t.* 64. *Briſſ. av.* 5. *p.* 365. *t.* 32.
*Habitat in* Europa, Aſia, Africa; *vix in Italia. Victitat amphibiis, intactis Bufonibus; huic honos Serpentum exitio tantus ut nefas occidere; noctu ſtridet in nido ad pagos in altis, paſſeribus reſonante, ubi glomerat immenſo de turre Ciconia roſtro; migrat trans pontum in Ægyptum, Æthiopiam; æſtivat inter Sveciam & Italiam.*
*Cute ipſa corporis ſub pennis ſanguinea, uti Roſtrum Pedes & Ungues.*

nigra. 8. A. nigra, orbitis nudis, pectore abdomineque albo. *Faun. ſvec.* 163. *
Ciconia nigra. *Bell. av.* 145. *Geſn. av.* 273. *Aldr. orn.* 3. *p.* 310. *t.* 371. *Will. orn.* 211. *t.* 52. *Alb. av.* 3. *p.* 77. *t.* 82. *Briſſ. av.* 5. *p.* 362. *t.* 31.
*Habitat in* Europa *boreali. Migrat æſtate ſupra Sveciam, victitat Ranis.*
Roſtrum Pedesque *rubri.* Corpus *nigrum, at collo & lateribus capitis azureo nitentibus.* Roſtrum Pedes, Orbitæque *nuda ſunt ſanguinea. Pennæ occipitis & ſub collo longiores.* Pectus Abdomen & *Criſſum alba.*

* * * * *Ardeæ:* ungue intermedio introrſum ſerrato.

Nycticorax. 9. A. criſta occipitis tripenni alba horizontali, dorſo nigro, abdomine flaveſcente.

Ardea cinereo nigro alboque varia, criſta horizontali ex tribus pennis longitudine roſtri. *Kram. auſtr.* 347. *
Nycticorax. *Bell. av.* 44. *Geſn. av.* 627. *t.* 628. *Aldr. orn.* 3. 271. *t.* 272. *Briſſ. av.* 5. *p.* 493. *t.* 39.
Ardea cinerea minor. *Will. orn.* 204. *t.* 49. *Raj. av.* 99. *n.* 3. *Marſ. dan.* 5. *p.* 10. *t.* 3. *Alb. av.* 2. *p.* 62. *t.* 67. *Aldr. orn.* 3. *p.* 380. *t.* 381.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Frons *faſcia alba.* Dorſum *viride.* *Abdomen album.* *Pennæ* criſtæ 3, *ſtrictæ*, *albæ.* Roſtrum *baſi flavicans.* Lora *viridi-flavicantia*, *uti Pedes.* Remiges Rectricesque *cinereæ.*

purpurea. 10. A. occipite nigro, criſta dependente pennis duabus elongatis, corpore olivaceo, ſubtus purpuraſcente.
Ardea criſtata purpuraſcens. *Briſſ. av.* 5. *p.* 424. *t.* 36. *f.* 2.
*Habitat in* Oriente.
Corpus *cinereo-olivaceum.* Pectus & Abdomen *caſtaneo-purpuraſcentia carina nigra.* Caput *ſuperius ſplendide nigrum.* Criſta *concolor*, *in qua pennæ* 2 *longæ.* Collum *rufum ſtriis* 3 *nigris.* Remiges *cinereo-nigricantes.* Cauda *cinerea ſubtus.* Roſtrum *ſubtus* & Lora *flavicantia.* Pedes *vireſcentes.* *Briſſ.*

cinerea. 11. A. occipite nigro lævi, dorſo cæruleſcente, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris. *Faun. ſvec.* 165. *
Ardea. *Geſn. av.* 207. *Aldr. av.* 3. *p.* 365. *Briſſ. av.* 5. *p.* 392. *t.* 34.
Ardea cinerea major. *Bell. av.* 42. *Aldr. orn.* 3. *p.* 377. *t.* 378. *Geſn. av.* 212. *Jonſt. av.* 151. *t.* 50. *Marſ. dan.* 5. *p.* 8. *t.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 72. *t.* 78.
*Habitat in* Europa; *nidificant in arboribus plures ſimul.* *Supra nubes volitans indicat procellas.*
*Lora flaveſcentia. Remiges primores nigræ. Collum ſubtus linea nigra. Pedes vireſcentes. Roſtrum flavicans.*

major. 12. A. occipite criſta nigra dependente, corpore cinereo, collo ſubtus linea faſciaque pectorali nigris.
Ardea cinerea major. *Will. orn.* 203. *t.* 49. *Raj. av.* 98.

Ar-

Ardea alia. *Geſn. av.* 219. *t.* 220. *Aldr. orn.* 3. *p.* 383.
Ardea criſtata. *Briſs. av.* 5. *p.* 396. *t.* 35. *Alb. av.* 1. *p.* 59. *t.* 67.
*Habitat in* Europa.
*Affinis* A. cinereæ, *ſed verticis pennæ longæ nigræ.* Corpus *cinereum, ſubtus album.* Frons *pennis longis albis.* Criſta *verticis nigra, poſtice propendens.* Lora *flavicantia.* Roſtrum *flavicans.* Pedes *vireſcentes.* Collum *ſubtus nigro maculatum faſcia pectorali nigra.* Remiges *primores nigræ.* Rectrices *cinereæ. Briſſ.*

Garzetta. 13. A. occipite criſtato, corpore albo, roſtro nigro, loris pedibusque vireſcentibus. *Briſs. av.* 5. *p.* 431.
Ardea alba minor. *Aldr. orn.* 3. *p.* 389. *t.* 391. *Will. orn.* 205. *Raj. av.* 99. *Marſ. dan.* 5. *p.* 14. *t.* 5.
Ardea alba minor ſecunda. *Will. orn.* 206.
Leucorodias. *Aldr. orn.* 3. *p.* 392. *t.* 395.
Garzetta. *Geſn. av.* 214.
Egretta. *Bell. av.* 43. *Geſn. av.* 795. *Aldr. orn.* 3. *p.* 392.
*Habitat in* Oriente.

Çocoi. 14. A. occipite criſta dependente dorſoque cinereis, collo ſubtus nigro maculato, capitis lateribus nigris.
Ardea cæruleſcens. *Alb. av.* 3. *p.* 32. *t.* 79.
Ardea cayanenſis criſtata. *Briſs. av.* 5. *t.* 400.
Ardea ſecunda. *Tetr. antill.* 2. *p.* 273. *t.* 246.
Cocoi. *Marcgr. braſ.* 209. *Piſ. braſ.* 89. *Will. orn.* 209. *t.* 51. *Raj. av.* 100. *n.* 15.
*Habitat in* Cayana.
Corpus *totum cinereum.* Caput *ad latera nigrum.* Occiput criſta *cinerea.* Remiges Rectricesque *cinereæ.* Lora *cinerea.* Roſtrum *flavo-virens.* Pedes *cinerei.*

Herodias. 15. A. occipite criſtato, dorſo fuſco, femoribus rufis, pectore maculis oblongis nigris.
Ardea criſtata maxima americana. *Catesb. car.* 3. *p.* 10. *t.* 10.
Ardea virginiana criſtata. *Briſſ. av.* 5. *p.* 416.
*Habitat in* America.
Tempora *alba.* Capitis *pennæ longiſſimæ, nigræ, unde poſtice criſta evadit.* Collum *ſubtus albido teſtaceum, fuſco-maculatum.* Corpus *ſupra fuſcum.* *Ro-*

*Roſtri latera & Lora flavicantia. Pedes fuſci. Remiges nigræ. Rectrices fuſcæ.*

violacea. 16. A. occipite luteo criſta alba, corpore albo nigroque ſtriato, ſubtus cærulescente, pedibus luteis.
Ardea cærulea. *Sloan. jam.* 2. *p.* 314. *t.* 264. *f.* 5. *Raj. av.* 189.
Ardea ſtellaris criſtata americana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 79. *t.* 79.
Cancrophagus bahamenſis. *Briſſ. av.* 5. *p.* 481.
*Habitat in* America *ſeptentrionali & auſtrali.*
*Roſtrum nigrum. Lora viridia. Pedes lutei.*

cærulea. 17. A. occipite criſtato, corpore cæruleo.
Ardea major griſea criſtata, capite nigro, vertice & ciliis albicantibus. *Brown. jam.* 478.
Ardea cærulea nigra. *Cateſb. car.* 1. *p.* 76. *t.* 76, *Sloan. jam.* 2. *p.* 315. *t.* 263. *f.* 3. *Raj. av.* 189.
Cancrophagus cæruleus. *Briſſ. av.* 5. *p.* 484.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Roſtrum & Lora cærulea. Pedes virides.*

hudſonias. 18. A. vertice criſtato nigro, corpore fuſceſcente, ſubtus albido, collo ſubtus nigro-rufeſcente maculato.
Ardea americæ ſeptentrionalis. *Edw. av.* 3. *p.* 135. *t.* 135.
Ardea freti hudſonis. *Briſſ. av.* 5. *p.* 407.
*Habitat ad* fretum Hudſonis.
Capitis *pileus niger criſtatus.* Collum *ſubtus fuſcum, ſaturatius faſciatum.* Corpus *ſupra cinereo-fuſcum; ſubtus albidum.* Femora *rufeſcentia.* Rectrices *fuſcæ.* Roſtrum *ſubtus fulvum.* Lora *flavo-virentia.* Pedes *flavi.*

ſtriata. 19. A. occipite ſubcriſtato, dorſo cano ſtriato, collo ſubtus ferrugineo, remigibus ſecundariis apice albis.
*Rolander.*
*Habitat* Surinami.
Vertex *niger nucha ſubcriſtata.* Remiges *fuſcæ, ſed ſecundariæ tantum margine apicis albæ.*

vireſcens. 20. A. occipite ſubcriſtato, dorſo viridi-nitente, pectore rufeſcente, loris luteis, rectricibus viridi-aureis.
Ardea minor. *Cateſb. car.* 1. *p.* 80. *t.* 80.

Can-

Cancrophagus viridis. *Briſſ. av. 5. p.* 486. *t.* 38. *f.* 1.
*Habitat in* America.
Roſtrum *ſubtus flavicans*. Pedes *fuſci*. Remiges *viridi-aureæ: ſecundariæ ferrugineo-marginatæ.*

ſtellaris. 21. A. capite læviuſculo, ſupra teſtacea maculis transverſis, ſubtus pallidior maculis oblongis fuſcis. *Fn. ſvec.* 164. *
Ardea vertice nigro, pectore pallido maculis longitudinalibus nigricantibus. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 134.
Ardea ſtellaris minor. *Bell. av:* 42. *Geſn. av.* 314. *t.* 215. *Aldr. orn.* 3. *p.* 403. *t.* 405. *Will. orn.* 207. *t.* 50, 52. *Raj. av.* 100. *n.* 11. *Marſ. dan.* 5. *p.* 16. *t.* 6. *Alb. av.* 1. *p.* 65. *t.* 68.
Ardea Botaurus. *Briſſ. av.* 5. *p.* 444. *t.* 37. *f.* 1.
Enucleator. 3. L. linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. *Faun. ſvec.* 223. * *Schönb. act. holm.* 1757. *p.* 139.

Rubi-

*Mandibula utraque mobilis in* Loxia, Emberiza, Fringilla, *unde ſemina decorticantur, nec integra degluttiuntur. Kram.* 365.

Rubicilla maxima canadenſis. *Edw. av.* 123. *t.* 123 124.
Coccothrauſtes canadenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 250. *t.* 12. *f.* 3.
*Habitat in* Sveciæ *ſummæ & Canadæ Pinetis, victitans ſtrobilis; diſſeminator Pini. Noctu tota egregie ſummeque canorus; migrat hyeme ad auſtrales Sveciæ provincias, Upſaliam tranſit fine octobris. Junior ruber, Senior flavus.*

Pyrrhula. 4. L. artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſticarum albis. *Faun. ſvec.* 225. *
Rubicilla ſ. Pyrrhula. *Geſn. av.* 733. *Aldr. orn.* 2. *p.* 744. *t.* 745. *Jonſt. av.* - - - *t.* 43. *Will. orn.* 130. *t.* 43. *Raj. av.* 86. *Alb. orn.* 1. *t.* 59, 60. *Friſch. av.* - - - *t.* 2. *f.* 1, 2. *Olin. av.* 40. *Briſſ. av.* 3. *p.* 308.
*Habitat in* Europæ *ſylvis, Sorbi diſſeminator.*
*Mas ſubtus ruber, Femina ſubtus fuſco-cinerea.*

Cardinalis. 5. L. criſtata rubra, capiſtro nigro, roſtro pedibusqueſanguineis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 242. *
Cardinalis. *Will. orn.* 245. *t.* 44. *f.* 8.
Coccothrauſtes capenſis ruber, roſtro hiante. *Pet. gaz.* 16. *t.* 16. *f.* 7.
Coccothrauſtes rubra. *Cateſb. car.* 1. *p.* 38. *t.* 38. *Friſch. orn.* 1. *t.* 4. *f.* 1.
Coccothrauſtes indica criſtata. *Alb. orn.* 1. *p.* 55. *t.* 57. & 3. *t.* 61. *Raj. av.* 85. *Jonſt. av.* 77. *t.* 37. *Will. orn.* 179. *t.* 44.
Coccothrauſtes virginiana Cardinalis dicta. *Briſſ. av.* 3. *p.* 252.
Pſittacus criſtatus ruber. *Seb. muſ.* 1. *p.* 96. *t.* 60. *f.* 4.
Avis rubra. *Kalm. it.* 3. *p.* 31.
*Habitat in* America *ſeptentrionali; victitat Zea, Fagopyro, Apibus.*

madagaſcarienſis. 6. L. rubra, faſcia oculari nigra, dorſo nigricante-maculato.
Cardinalis madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 112. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat in* Madagaſcar.

mexicana. 7. L. rubra, alis caudaque nigris.
Coccothrauſtes mexicana. *Briſſ. av.* 3. *p.* 256.

Avis

Avis mexicana rubra. *Seb. muſ.* 1. *p.* 101. *t.* 105. *f.* 1.
*Habitat in* America *auſtrali.*

Dominicana. 8. L. nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomine remigumque margine albis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 242. *
Rubicilla americana. *Will. orn.* 180. *Raj. av.* 86.
Cardinalis dominicanus. *Edw. av.* 127. *t.* 127.
Coccothrauſtes braſilienſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 246.
Gviratirica. *Marcgr. braſ.* 211.
*Habitat in* Braſilia.
*Conf.* Cardinalis dominicanus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 116. *t.* 6. *f.* 4.
Tije-guacu-paroata. *Marcgr. braſ.* 214. *Raj. av.* 89.

criſtata. 9. L. albicans, fronte criſtata, uropygio pedibusque rubris, rectricibus intermediis longiſſimis.
*Habitat in* Æthiopia. *J. Burmannus.*
*Avis inter maximas ſui generis. Criſta Maris rubra, Feminæ alba. Pectus in mare rubrum. Rectrices cinereæ: intermediæ duæ duplo longiores.*

erythrocephala. 10. L. cineraſcens, capite purpuraſcente, pectore albo maculato.
Cardinalis angolenſis. *Briſſ. av.* 4. *app.* 78.
Paſſer paradiſæus, capite rubro, pectore nigro albo maculato. *Edw. av.* 180. *t.* 180.
*Habitat in* Africa.

Maja. 11. L. fuſca, capite albo.
Coccothrauſtes malaccenſis. *Edw. av.* 2. *p.* 204. *t.* 306. *f.* 1.
Maja ſinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 212. *t.* 9. *f.* 1.
*Habitat in* India *orientali.*

Colius. 12. L. cauda longiſſima cuneiformi: rectricibus extimis externe albis, corpore cinereo, ſubtus albido.
Colius capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 304. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
Corpus *ſupra cinereum*, *griſeo maculatum*; *ſubtus totum fuſcum maculis albis rotundis.* Alæ *fuſcæ.* Remiges *margine griſeæ.* Cauda *nigra*, *forficata.* Caput *purpureum.*

flavicans. 13. L. flava, dorſo vireſcente, capite fulvo. *Amoen. acad.* 4. *p.* 244. *
*Habitat in* Aſia.

oryzivora. 14. L. fuſca, temporibus albis, roſtro rubro. *Amoen. acad.* 4. *p.* 243. *
Loxia remigibus rectricibusque nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 18.
Coccothrauſtes ſinenſis cinerea. *Briſs. av.* 3. *p.* 244. *t.* 11. *f.* 4.
Fringilla capite & gula nigra, temporibus albis. *Osb. itin.* 103.
Oryzivora. *Edw. av.* 41. *t.* 41, 42.
Paſſer indicus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 24.
*Habitat in* Aſia & Æthiopia *inter Oryzam.*

panicivora. 15. L. nigra, alula alba, roſtro incarnato.
Fringilla nigra. *Alb. av.* 3. *p.* 65. *t.* 69.
Pyrrhula africana nigra. *Briſs. av.* 3. *p.* 317.
*Habitat in* India.
*An praecedentis Femina?*

malacca. 16. L. ferruginea, capite abdomineque nigris, roſtro caeruleo.
Coccothrauſtes javenſis. *Briſs. av.* 3. *p.* 237. *t.* 13. *f.* 1. *Alb. av.* 2. *p.* 34. *t.* 53.
Paſſer chinenſis, albo pectore. *Edw. av.* 301. *t.* 355. & 43. *t.* 43.
β. Coccothrauſtes ſinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 235.
*Habitat in* China, Java, Malacca.
*Dorſum, Alae, Cauda ferrugineo-rufa. Pectus & hypochondria alba; Reliqua nigra.*

molucca. 17. L. fuſceſcens, capite jugulo rectricibusque nigris, ſubtus albo nigroque undulata.
Coccothrauſtes moluccenſis. *Briſs. av.* 3. *p.* 241. *t.* 13. *f.* 3.
*Habitat in* Moluccis.

punctulata. 18. L. ferruginea, abdomine nigro albo-maculato.
Paſſer indicus fuſcus, ventre ex albo & nigro punctato. *Edw. av.* 40. *t.* 40.
Cocchothrauſtes javenſis naevia. *Briſs. av.* 3. *p.* 239. *t.* 13. *f.* 2.
*Habitat in* Aſia.

19. L.

hordeacea. 19. L. fulva, temporibus albis, cauda pectoreque atris. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 29. *
*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine Motacillæ albæ. Griſea ſunt* Humeri, Femora, Ani *regio*, *margines* Rectricum. *Nigra ſunt* Tempora *ad roſtrum usque*, Alæ & Remiges, Cauda & Rectrices, Pectus. *Fulva ſunt* Caput, Collum, Uropygium.

ſanguiniroſtris. 20. L. griſea, ſubtus alba, roſtro pedibusque ſanguineis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 243. *
*Habitat in* Aſia.
*Conf. Edw. av.* 2. *p.* 128. *t.* 271. *f.* 2. *ſed ſubtus maculata non mea.*

Aſtrild. 21. L. griſea fuſco-undulata, roſtro orbitis pectoreque coccineis.
Waxbill. *Edw. av.* 179. *t.* 179. & *t.* 354.
Senegallus ſtriatus. *Briſs. av.* 3. *p.* 210. *t.* 10. *f.* 5.
Fringilla undulata. *Pallas. adumb.* 143.
*Habitat in* Canariis, America, Africa, *ut & in Senegallia*, *Cap. b. ſpei*, *Surinamo.*
*Magnitudo Reguli*; *ſupra griſea*, *fuſco undulata*; *ſubtus pectore purpurea.* Cauda *rotundata*, *griſea lineolis transverſis fuſcis numeroſis.* Roſtrum *coccineum*, *gibbum*. *Faſcia coccinea per oculos ducta.*

cyanea. 22. L. cærulea, remigibus rectricibusque nigris. *Amœn. acad.* 4. *p.* 244. *
Coccothrauſtes cæruleus. *Edw. av* 125. *t.* 125.
Coccothrauſtes angolenſis cyanea: *Briſs. app.* 88.
*Habitat in* Angola.
*Roſtrum pallidum. Pedes nigri.*

virens. 23. L. virens, humeris cæruleis.
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *virens.* Tectrices *in humeris alarum cæruleæ.* Remiges Rectricesque *nigræ*, *ſed margine exteriore*, *quo conſpicuæ apparent*, *virentes.*

angolenſis. 24. L. nigro-cærulea, ventre ferrugineo, macula alarum alba.
Coccothauſter niger. *Edw. av.* 296. *t.* 352. *f.* 2.
*Habitat in* Angola.
*Pedes incarnati. Roſtrum fuſcum.*

25. L.

Lineola. 25. L. nigra, linea frontali temporibusque albis.
*Habitat in* Aſia.
Corpus *Magnitudine Pari*; *ſupra nigrum*, *e cæruleo nitidum*; *ſubtus album*. Roſtrum *nigrum*, *gibbum*. *Linea a fronte ad verticem ducta alba*. *Macula alba ſupra mandibulam ſuperiorem*. *Remiges nigræ*: *Primores baſi anteriore albæ*, *unde macula alarum alba*. Cauda *nigra*, *biſurcata*.

mexicana. 26. L. griſea, fronte gula uropygio ſuperciliisque luteis.
Linaria mexicana, capite flavo. *Edw. av.* 44. *t.* 44.
Paſſer mexicanus. *Briſs. av.* 3. *p.* 97.
*Habitat in* America. *Muſ. De Geer.*
Magnitudo *Fringillæ*. *Faſciæ duæ cineraſcentesque in tectricibus alarum*. Cauda *integra*.

Chloris. 27. L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis. *Faun. ſvec.* 226. *
Chloris. *Geſn. av.* 259. *Will. orn.* 129. *Raj. av.* 85. *n.* 4. *Alb. av.* 1. *p.* 56. *t.* 58. *Friſch. av. t.* 2. *f.* 3, 4. *Aldr. orn.* 2. *p.* 850. *Briſs. av.* 3. *p.* 190.
Anthus ſ. Florus. *Geſn. av.* 165. *Aldr. orn.* 2. *p.* 750. *Will. orn.* 180. & 171. *n.* 8. *Raj. av.* 81. *n.* 9.
*Habitat in* Europa, *nonnihil canora.*
*Media quaſi inter Loxias & Emberizas*, *ſed roſtrum craſſius quam in Emberizis.*

butyracea. 28. L. vireſcens, fronte ſuperciliis pectore abdomineque flavis, cauda apice alba.
*Habitat in* India.
Corpus *magnitudine & figura Ligurini*, *viride*, *fuſco maculatum*; *ſubtus totum flavum*. Frons & *inde linea ſupra oculos flava*. Tempora *flava*. Cauda *nigricans*, *bifurca*, *apice alba*.

canadenſis. 29. L. viridi-olivacea, ſubtus flavo-olivacea, capiſtro nigro.
Coccothrauſtes canadenſis. *Briſs. av.* 3. *p.* 229. *t.* 11. *f.* 3.
*Habitat in* Canada.

30. L.

ſulphurata. 30. L. fuſco-olivacea, gutture ventreque luteis, ſuperciliis flavis.
Coccothrauſtes capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 225. *t.* 11. *f.* 1.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei

Collaria. 31. L. flaveſcens, pectore collarique flavis, temporibus nigris.
*Habitat in* Indiis.
Roſtrum *nigrum.* Pedes *fuſci.* Frons *calva.* Genæ *nigræ.* Pectus & *ferme* Collare *flava.* Corpus *viridi-flaveſcens, magnitudine Pari minimi.*

benghalenſis. 32. L. griſea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fuſco-maculato.
Paſſer benghalenſis, capite flavo. *Edw. av.* 189. *t.* 189. *Alb. av.* 2. *p.* 48. *t.* 52.
Paſſer bengalenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 95.
*Habitat in* Benghala.

malabarica. 33. L. cinerea, remigibus rectricibusque nigris, gula crisſoque albis.
*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine & facie Pari.* Roſtrum *nigrum.* Gula *alba.* Remiges & Rectrices *nigræ.* Ani *regio albida.*

melanocephala. 34. L. lutea, capite atro.
Cocchothrauſtes gambogia. *Alb. av.* 3. *p.* 58. *t.* 62. *Briſſ. av.* 3. *p.* 319.
*Habitat in* Gvinea.

cana. 35. L. cana, remigibus rectricibusque fuſcis, pedibus rubris.
Linaria cinerea orientalis. *Edw. av.* 179. *t.* 179. *f.* 1.
Fringilla cinerea indica. *Briſſ. app.* 83.
*Habitat in* Aſia.
*Margines rectricum & oris regio albida.*

philippina. 36. L. fuſca, ſubtus albido-flavicans, vertice pectoreque luteis, gula fuſca.
Coccothrauſtes philippenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 232. *t.* 12. *f.* 1.

*Habitat in* Philippinis *Nido ſacciformi pendente, baſi cylindrica aperta, e foliorum fibrillis intertexto. vide Briſſ. av.* 3. *t.* 18.

ſtriata. 37. L. fuſca ferrugineo ſtriata, ſubtus alba, jugulo nigro.
Coccothrauſtes borbonica. *Briſs. av.* 3. *p.* 243. *t.* 13. *f.* 4.
*Habitat in* Borbonica *inſula.*
*Pennæ ſuperiores fuſcæ ſcapo ferrugineo.*

ludoviciana. 38. L. nigra, pectore ventre alarum faſcia baſique remigum albis.
Coccothrauſtes ludoviciana. *Briſs. av.* 3. *p.* 247. *t.* 12. *f.* 2.
*Habitat in* Ludovicia.
Remiges Primores *a baſi ad medium albæ.* Secundariæ *macula alba verſus apicem exteriorem.* Rectrices *tres laterales latere interiore albo.* Jugulum *purpuraſcens.*

capenſis. 39. L. atra, uropygio tectricibusque alarum luteis.
Fringilla capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 171. *t.* 16. *f.* 1.
*Habitat ad* Caput b. ſpei.

nigra. 40. L. nigra, macula alba humeri baſique remigum duarum exteriorum.
Rubicilla minor nigra. *Catesb. car. p.* 68. *t.* 68. *Alb av.* 3. *p.* 65. *t.* 69.
Pyrrhula mexicana nigra. *Briſſ. av.* 3. *p.* 316.
*Habitat in* America *auſtrali.*

cærulea. 41. L. cærulea, alis fuſcis faſcia baſeos purpurea.
Coccothrauſtes cærulea. *Cateſb. car.* 1. *p.* 39. *t.* 39.
Pyrrhula carolinenſis cærulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 323.
*Habitat in* America.

madagaſcarina. 42. L. cærulea, ſubtus alba, capiſtro nigro.
Lanius madaſcarienſis cæruleus. *Briſs. av.* 2. *p.* 197. *t.* 16. *f.* 3.
*Habitat in* Madagaſcar.

violacea. 43. L. violacea, ſuperciliis gula criſſoque rubris.
Coccothrauſtes purpurea. *Catesb. car.* 1. *p.* 40. *t.* 40.

Pyrrhu-

Pyrrhula bahamenſis violacea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 326.
*Habitat in* America.

grossa. 44. L. cano-cærulescens, jugulo rectricibusque atris, gula alba, roſtro rubro.
Coccothrauſtes americana cærulea. *Briſs. app.* 89. *t.* 5. *f.* 1.
*Habitat in* America.
*Magnitudo L. Cardinalis.*

minima. 45. L. fuſca, ſubtus teſtacea, remigibus primoribus baſi, ſecundariis poſterius albis.
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *Paro minus, valde minutum.* Roſtrum *breviſſimum, craſſum.* Remiges primores *baſi utrinque albæ;* Secundariæ *verſus baſin, interiori latere albæ.* Rectrices *æquales, apice obſolete pallidæ, acutiuſculæ.*

fuſca. 46. L. fuſca, ſubtus albida, remigibus a tertia in nonam baſi omnino albis. *Amœn. acad.* 4. *p.* 244. *
Loxia africana nigra minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 319. *t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Africa, *inque* Bengala.

minuta. 47. L. griſea, uropygio ſubtusque ferruginea, remigibus 4, 5, 6, baſi utrinque albis, cauda integra. *Rolander.*
*Habitat* Surinami.
*Avicula vix Regulo major; Roſtrum breve, craſsum, ſubobtuſum.*

bicolor. 48. L. fuſca, ſubtus rubra.
Rubicilla fuſca, minima. *Edw. av.* 83. *t.* 83. *f.* 1.
Fringilla rubra minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 164.
*Habitat in* India.
*Magnitudo L. minutæ.*

**110. EMBERIZA.** *Roſtrum* conicum.
*Mandibulæ* baſi deorſum a ſe invicem diſcedentes: inferiore lateribus inflexo-coarctata, ſuperiore anguſtiore.

nivalis. 1. E. remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Faun. ſvec.* 227. *t.* 1. *
Alauda remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Act. ſtockh.* 1740. *p.* 368. *t.* 1. *f.* 9. * *Fn. ſvec.* 1. *n.* 194. *t.* 1. *f.* 194.
Pied-Chaffinch. *Alb. av.* 2. *p.* 50. *t.* 54. & 3. *p.* 67. *t.* 71.
Avis ignota piperini. *Geſn. av.* 798.
Fringilla albicans. *Aldr. orn.* 2. *p.* 817. *t.* 818.
Montifringilla calcaribus alaudæ. *Will. orn.* 187. *t.* 77. *Raj. av.* 88.
Miliaria nivis. *Friſch. av.* 2. *t.* 6. *f.* 1, 2.
Hortulanus nivalis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 285.
Avis nivis. *Mart. ſpitsb.* 53. *t.* K. *f.* B. *Edw. av.* 126. *t.* 126.
*Habitat in alpibus* Lapponiæ, Spitsbergæ *ad ſinum* Hudſonis *alibique, terræ inſidens; intenſiore hyeme ad nos migrans; avena nutritur, Sapidiſſima; hyeme alba; noctu vigil.*

hyemalis. 2. E. nigra, ventre albo.
Fringilla hyemalis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 183.
Paſſer nivalis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 36. *t.* 36. *Kalm. it.* 3. *p.* 39.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Hanc ſolam varietatem* E. *nivalis eſse mihi minime videtur.*

Miliaria. 3. E. griſea, ſubtus nigro-maculata, orbitis rufis. *Faun. ſvec.* 228. * *It. ſcan.* 292. *t.* 4. *
Emberiza pectore albo-ochreo punctis nigris maculato. *Kram. auſtr.* 371.
Emberiza alba. *Geſn. av.* 564. *Aldr. orn.* 2. *p.* 571. *Raj. av.* 93. *Will. orn.* 195. *t.* 40. *Alb. av.* 2. *p.* 46. *t.* 50. *Olin. av.* 50.

Alau-

Alaudæ congener. *Aldr. orn.* 2. *p.* 849. *t.* 850.
Miliaria cana. *Friſch. av.* - - *t.* 6. *f.* 4.
Cynchramus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 177. *Briſſ. av.* 3. *p.* 292.
*Habitat in* Europa.
*Præcedenti valde affinis.*

Hortulana. 4. E. remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorſum nigris. *Fn. ſvec.* 229. *
Hortulanus. *Geſn. av.* 569. *Aldr. orn.* 2. *p.* 178. *Jonſt. av.* 49. *t.* 37. *Will. orn.* 197. *t.* 40. *Raj. av.* 94. *n.* 6. *Olin. av.* 22. *Alb. av.* 2. *t.* 50. *Briſſ. av.* 3. *p.* 269.
Miliaria pingveſcens. *Friſch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 3, 4.
*Habitat in* Europa. *Victitat præcipue Panico, ſupra modum pingueſcit; cavea incluſa noctu cantat.*
Oculorum *orbitæ ſ. palpebræ nudæ flavæ, ut oculi annulo flavo cingantur nudo, & Caput vireſcens, ad maxillam inferiorem flavum.*

Citrinella. 5. E. rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acuta. *Fn. ſvec.* 230. *
Emberiza flava. *Geſn. av.* 653. *Will. orn.* 196. *t.* 40. *Raj. av.* 93. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 63. *t.* 66. *Briſſ. av.* 3. *p.* 258.
Luteæ alterum genus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 856. *t.* 857, 858.
Gelgorſta. *Geſn. av.* 653.
Zivolo. *Olin. av.* 50.
Miliaria lutea. *Friſch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 2.
Hortulano congener. *Aldr. orn.* 2. *p.* 179. *Will. orn.* 198.
*Habitat in* Europa, *nidificat humi in pratis; ad horrea & pagos Hyeme domeſtica; æſtate colligit larvas Braſſicæ.*

olivacea. 6. E. olivacea, ſubtus albidior, gula aurantia, faſcia pectorali nigricante.
Emberiza dominicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 30. *t.* 13. *f.* 5.
*Habitat in* Dominica.

Orix. 7. E. griſea, fronte abdomineque nigris, collo uropygioque fulvis, roſtro nigro.

Paſſer angolenſis, capite nigro, collo & uropygio flavis. *Edw. av.* 178. *t.* 178.
Cardinalis cap. b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 114. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in* Africa *interiore.*
*An Loxiæ ſpecies?*

Quelea. 8. E. griſea, fronte nigra, roſtro coccineo.
Paſſer ſenegalenſis erythrorynchos. *Briſſ. av.* 3. *p.* 110.
*Habitat in* Africa.
Roſtrum *coccineum, craſſum Loxiæ, at non incurvum, maxillis Emberizæ.* Frons *undique circum roſtrum atra.* Caput, Humeri, Alæ *nigro griſeoque maculatæ ut Paſſeris domeſtici.* Pectus & Abdomen *albo ſubincarnata.* Remiges *Rectricesque nigricantes margine undique cinereo.* Pedes *Unguesque incarnati.*

capenſis. 9. E. griſea, gula albida, faſcia oculari maxillarumque nigricante.
Hortulanus capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 230. *t.* 14. *f.* 4.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

Ludovicia. 10. E griſea, ſubtus pallida, pectore rufo, capite ſupra arcu nigro.
Hortulanus ludovicianus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 278. *t.* 14. *f.* 3.
*Habitat in* Ludovicia.
*Roſtrum rufeſcens maculis nigricantibus. Arcus niger verticis.*

Cia. 11. E. rufeſcens, capite lineis nigricantibus ſparſis, ſuperciliis albis.
Emberiza capite cinereo lineis nigricantibus variegato. *Kram. auſtr.* 371.
Emberiza pratenſis. *Geſn. av.* 655. *Aldr. orn.* 2. *p.* 573. *Briſs. av.* 3. *p.* 266.
Cirlus ſtultus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 857. *t.* 858. *Will. orn.* 198. *Raj. av.* 94.
Paſſeribus congener. *Aldr. orn.* 2. *p.* 562. *Will. orn.* 182. *Raj. av.* 87.
*Habitat in* Europa *auſtrali, volando Zip zip ſonans.*
Statura *Citrinellæ.* Caput *linea verticali cinerea lateribus atro ferrugineoque variis. Tempora linea alba.*

*alba. Linea nigra ab oculis ad baſin maxillarum.* Collum *ſubtus cinereum.* Pectus *Abdomenque ferruginea.* Dorſum *rubeſcens nigro-varium.* Alæ *baſi cineraſcentes.* Rectrices *nigricantes: media fuſca, extimis* 1, 2, *dimidia parte albis. D. Scopoli.*

Cirlus. 12. E. griſea, pectore maculato, ſuperciliis luteis, rectricibus duabus extimis macula alba cuneata.
Emberiza ſepiaria. *Briſſ. av.* 3. *p.* 263.
Luteæ primum genus. *Will. orn.* 196. *Raj. av.* 93.
Cirlus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 855.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

familiaris. 13. E. griſeo-maculata, apicibus rectricum albis, dorſo poſtico flavo.
Motacilla capite & roſtro nigro, uropygio luteo. *Oſb. it.* 102.
*Habitat in* Aſia.
Corpus *magnitudine Ligurini, ſupra cinereum maculis fuſcis, ſubtus cinereum.* Dorſum *ſub alis & verſus caudam flavum.* Tectrices *caudæ albæ.*

flaveola. 14 E. griſea, facie flava.
*Habitat in* calidis *regionibus.*
Corpus *magnitudine Ligurini.* Frons & Gula *flava.*

amazona. 15. E. fuſca, vertice fulvo, criſſo albido.
*Habitat* Surinami. *Dahlberg.*
*Magnitudo Pari. Alarum baſis ſubtus albida.*

Oryzivora. 16. E. fuſca, cervice rufeſcente, abdomine nigro, rectricibus mucronatis.
Hortulanus carolinenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 14. *t.* 14. *Edw. av.* 291. *Briſſ. av.* 3. *p.* 282. *t.* 15. *f.* 3.
*Habitat in* Cuba, *ubi circa autumnum, conſumta Oryza, feminæ ſolæ deſcendunt in* Carolinam.
Femina *tota griſea, colore a mare diverſiſſima, ſed rectricibus ſimillima.*

Schœniclus. 17. E. capite nigro, corpore griſeo nigroque, rectricibus extimis macula alba cuneiformi. *Fn. ſvec.* 231.
Emberiza capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo nigricante. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 211. *Kram. auſtr.* 371.

Hortulanus arundinaceus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 274.
Paſſer arundinaceus. *Geſn. av.* 652.
Paſſer atricapillus torquatus. *Friſch. av. t.* 7. *Raj. av.* 93. *n.* 3.
Junco turneri. *Geſn. av.* 573.
*Habitat in* Europæ *arundinetis.*
*Similis Fringillæ domeſticæ gula nigra, ſed Caput nigrum, collare album, maxillæ rufæ, Supercilia pallida, Cauda maxime forficata.*

psittacea. 18. E. cinereo-fuſca, alis fulvis, rectricibus duabus longiſſimis.
Fringilla braſilienſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 103. *t.* 66. *f.* 5.
Linaria braſilienſis longicauda. *Briſſ. av.* 3. *p.* 147.
*Habitat in* America *auſtrali.*

paradisæa. 19. E. fuſca, pectore rubro, rectricibus intermediis quatuor elongatis acuminatis: duabus longiſſimis, roſtro nigro.
Paſſer indicus macrourus alius. *Aldr. orn.* 2. *p.* 567. *Will. orn.* 184. *t.* 45. *Raj. av.* 87.
Paſſer pſittacus indicus, cauda longa. *Pet. gaz.* - - - *t.* 55. *f.* 1.
Paſſer vidua. *Briſſ. av.* 3. *p.* 120. *t.* 8. *f.* 1.
Paſſer pectore rubro, cauda longiſſima. *Edw. av.* 86. *t.* 86.
*Habitat in* Africæ *regno Angolenſi. Deponit quotannis longas caudæ pennas, uti Pavo, & dein longe alium ſimplicemque veſtitum induit.*
Corpus *nigrum, pectore & cervice coccineis.* Roſtrum *plumbeum.* Pedes *carnei.* Rectrices 4 *intermediæ corpore longiores falcatæ:* 6, 6 *corpore longiores in filum deſinentes;* 5, 5 *quater longiores quam intimæ* 6, *& ſubenſiformes, ex harum ſitu baſeos ſeta longa dependet.*

serena. 20. E. pileo nigro, vertice rubro, cauda cuneiformi: rectricibus duabus mediis longiſſimis, pedibus griſeis.
Vidua minor. *Briſs. av.* 3. *p.* 124. *t.* 8. *f.* 2.
*Habitat* - - - -
*Alarum tectrices albæ. Roſtrum rubrum.*

vidua. 21. E. nigricans, ſubtus albida, rectricibus intermediis quatuor elongatis acuminatis; duabus longiſſimis, roſtro rubro.

Paſſer

Paſſer indicus macrourus, roſtro miniaceo. *Aldr. orn.* 2. *p.* 565. *Will. orn.* 184. *Raj. av.* 87.
Vidua major. *Briſs. av.* 3. *p.* 127. *t.* 8. *f.* 2.
*Habitat in* India.

principalis. 22. E. variegata, pectore rufo, rectricibus mediis quatuor longiſſimis, roſtro pedibusque rubris.
Vidua angolenſis. *Edw. av.* 2. *p.* 126. *t.* 270. *Briſſ. app.* 80.
*Habitat in* Angola.
*Alarum tectrices albæ; hinc priori affinis. Roſtrum Pedesque rubri.*

regia. 23. E. rectricibus intermediis quatuor longiſſimis æqualibus apice tantum pennatis, roſtro rubro.
Vidua viparia africana. *Briſſ. av.* 3. *p.* 129. *t.* 9. *f.* 1.
*Habitat in* Africa.
Corpus *magnitudine Linariæ, nigrum, ſubtus rufeſcens.* Collum *rufeſcens.* Rectrices *intermediæ* 4 *rectæ toto corpore duplo longiores, tantum apice lanceolato pinnatæ.* Pedes *rubri.*

Ciris. 24. E. capite cæruleo, abdomine fulvo, dorſo viridi, pennis viridi-fuſcis. *Act. ſtockh.* 1750. *p.* 278. *t.* 7. *f.* 1.
Chloris ludoviciana vulgo Papa dicta. *Briſſ. av.* 3. *p.* 200. *t.* 8. *f.* 3. & *app.* 74.
Fringilla tricolor. *Catesb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44.
Fringilla tricolor mexicenſis. *Edw. av.* 130. *t.* 130. & *t.* 273. *f.* 1.
Fringilla chinenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 64. *t.* 68.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Caput *totum &* Collum *cæruleum.* Dorſum, Alæ Caudaque *ſupra viridia; tota ſubtus lutea, ſed* Pectus *antice fulvum.* β. Femina *cærulea ſolo abdomine albo, hieme fere griſea evadit.*

## 111. TANAGRA. *Roſtrum* conicum, acuminatum, emarginatum, baſi ſubtrigonum, apice declive.

Jacapa. 1. T. atra, fronte jugulo pectoreque coccineis.
Merula pectore rubro. *Edw. av.* 3. *p.* 120. *t.* 267.

Muſcicapa cayanenſis nigra major. *Briſſ. av.* 2. *p.* 387. *t.* 38. *f.* 3.
Lanius Carbo. *Pallas. adumbr.* 114.
Jacapu. *Marcgr. braſ.* 192.
*Habitat in* America *auſtrali.*
*Mandibula inferior fere ultra oculos protenſa, ut in ſequenti.*

brefilia. 2. T. coccinea, alis caudaque nigris.
Tanagra Cardinalis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 42. *t.* 3. *f.* 1.
Merula breſilica. *Bell. av.* 319. *Aldr. orn.* 2. *p.* 628. *Will. orn.* 142. *Raj. av.* 66.
Paſſer erythromelanus indicus. *Aldr. orn.* 3. *p.* 568. *Raj. av.* 87.
Paſſer indicus porphyromilanus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 571.
Tye piranga. *Marcgr. braſ.* 192. *Will. orn.* 184. *Edw. av. t.* 343.
Chiltototl. *Hern. mex.* 54. *Raj. av.* 169.
*Habitat in* India Occidentali & Orientali.
Orientalis *mea minor erat, magnitudine Fringillæ domeſticæ, tota ſanguinea ſ. purpurea, nitidiſſima, exceptis alis & rotundata cauda. Roſtrum nigricans, ſubtus baſi albida.*

rubra. 3. T. rubra, alis caudaque nigris, rectricibus apice albis.
Cardinalis canadenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 48. *t.* 2. *f.* 5.
*Habitat in* Canada.

Jacarina. 4. T. atro-violacea, alis ſubtus albicantibus, cauda divaricato-bifurca.
Tangara braſilienſis nigra. *Briſſ. av.* 3. *p.* 28.
Jacarini. *Marcgr. braſ.* 210. *Will. orn.* 210. *Edw. av.* 2. *t.* 306. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia.

violacea. 5. T. violacea, ſubtus flaviſſima. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 31. *
Fringilla violacea. *Syſt. nat.* 10. *p.* 182. *n.* 25.
Tangara braſilienſis nigro-lutea. *Briſs. av.* 3. *p.* 31. *t.* 2. *f.* 2, 3.
Parus aureus. *Edw. av.* 2. *p.* 112. *t.* 263. *f.* 1.
Teitei. *Marcgr. braſ.* 212. *Will. orn.* 194. *Raj. av.* 92.
*Habitat in* Braſilia, Cayana.

Ro-

Roſtrum *breviſſimum apice incurvo ut in Pipra.* Frons *flava etiam eſt.*

cyanea. 6. T. cyanea, rectricibus fuſcis.
Linaria cærulea. *Cateſb. car.* 1. *p.* 45. *t.* 45. *Edw. av.* 2. *p.* 132. *t.* 273. *f.* 2.
*Habitat in* Carolina.

Gyrola. 7. T. viridis, capite rubro, collari flavo, pectore cæruleo.
Fringilla Gyrola. *Syſt. nat.* 10. *p.* 181. *n.* 12.
Tangara peruviana viridis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 23. *t.* 4. *f.* 1. *Edw. av.* 1. *p.* 23. *t.* 23.
*Habitat in* Peru, Surinamo.

cayana. 8. T. fulva, dorſo viridi, pileo rufo, genis nigris.
Tangara cayanenſis viridis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 21. *t.* 4. *f.* 3. *Edw. av.* 110. *t.* 262.
*Habitat in* Cayana.

atrata. 9. T. atra nitens.
Emberiza atra. *Syſt. nat.* 10. *p.* 178.
*Habitat in* India *orientali.*
Corpus *magnitudine Turdi, totum aterrimum etiam roſtro, dorſum nonnihil nitens e cyaneo.*

mexicana. 10. T. nigra, ſubtus flavicans, pectore uropygioque cæruleis.
Tangara cayanenſis cærulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 3. *Edw. av.* 3. *p.* 292. *t.* 350.
Touauhtototl. *Hern. mex.* 52. *Raj. av.* 170.
*Habitat in* Cayana, Mexico.

Tatao. 11. T. violacea, dorſo nigro, uropygio fulvo, capite viridi, pectore aliſque violaceis.
Tangara braſilienſis. *Marcgr. braſ.* 214. *t.* 215. *Will. orn.* 177. *Raj. av.* 84.
Parus paradiſiacus. *Edw. av.* 3. *p.* 289. *t.* 349.
Tangara. *Briſs. av.* 3. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 1.
Avicula de Tatao. *Seb. muſ.* 1. *t.* 60. *f.* 6.
*Habitat in* Braſilia, Cayana.

albiroſtris. 12. T. nigra, macula alarum baſique caudæ flavis, roſtro albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 31. *
*Habitat in* America.

13. T.

gularis. 13. T. nigra, ſubtus alba, capite nigro, jugulo purpureo.
Cardinalis americanus. *Briſſ. app.* 67. *t.* 4. *f.* 4.
*Habitat in* America.

cayana. 14. T. nigra nitida, pectore utrinque aliſque ſubtus flavis.
Tangara cayanenſis nigra. *Briſſ. av.* 3. *p.* 29. *t.* 2. *f.* 1.
Guira-jenoia. *Marcgr. braſ.* 209. *Will. orn.* 154.
*Habitat in* Cayania, Mexico, Braſilia.

braſilienſis. 15. T. nigra, ſubtus alba, jugulo uropygioque cæruleſcentibus, facie pectoreque nigris.
Tangara braſilienſis cærulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 9. *t.* 1. *f.* 4.
*Habitat in* Braſilia.

dominica. 16. T. nigro maculata, ſupra fuſca, ſubtus albida.
Tangara dominicenſis. *Briſs. av.* 3. *p.* 37. *t.* 2. *f.* 4.
*Habitat in* Dominica.

militaris. 17. T. fuſca, pectore jugulo gula humeriſque ſanguineis.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 30. *
Emberiza militaris. *Syſt. nat.* 10. *p.* 178. *Amœn. acad.* 4. *p.* 241. *
Cardinalis fuſcus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 51.
Rubicilla fuſca major. *Edw. av.* 82. *t.* 82. & *t.* 342.
Merula indica, pectore cinnabarino. *Raj. av.* 67.
*Habitat in* America, Aſia.

albiroſtris. 18. T. nigra, roſtro albo, macula alarum baſique caudæ albis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 31. *
*Habitat in* America.

Epiſcopus. 19. T. cinerea, alis caudaque extus cæruleis.
Epiſcopus avis. *Briſs. av.* 3. *p.* 40. *t.* 1. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia.

Sayaca. 20. T. cana, alis ſubcæruleis.
Tangara braſilienſis varia. *Briſſ. av.* 3. *p.* 18.
Sayacu. *Marcgr. braſ.* 193. *Will. orn.* 188. *Raj. av.* 89. *n.* 2. *Edw. av.* 3. *p.* 293. *t.* 351. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia.

punctata. 21. T. viridis nigro punctata, ſubtus flaveſcenti-albida.
Tangara viridis indica punctata. *Briſſ. av.* 3. *p.* 19. *t.* 4. *f.* 2.

Parus

Parus viridis maculatus. *Edw. av.* 2. *p.* 110. *t.* 262.
*Habitat in* India *orientali.*
*Uropygium viride, immaculatum. Criſſum luteo virens.*

virens. 22. T. viridis, ſubtus flaveſcens, loris genis gulaque nigris.
Tangara braſilienſis viridis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 25.
*Habitat in* Braſilia, Peru, Mexico.

chloroti-ca. 23. T. nigra nitens, abdomine pectore fronteque luteis, rectrice extima interius macula alba.
Tangara cayanenſis nigro lutea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 34. *t.* 2. *f.* 3.
*Habitat in* Cayania.

criſtata. 24. T. nigricans, criſta aurantia, gula uropygioque fulvis.
Tangara cayanenſis nigra criſtata. *Briſſ. app.* 65. *t.* 4. *f.* 3.
*Habitat in* Cayania.
*Alæ ſubtus & Alulæ albæ.*

## 112. FRINGILLA. *Roſtrum* conicum, rectum, acuminatum.

lapponi-ca. 1. F. capite nigro, corpore griſeo nigroque, ſuperciliis albis, rectricibus extimis macula alba cuneiformi. *Fn. ſvec.* 235. *
Fringilla montana. *Briſs. av.* 3. *p.* 160.
Fringilla major. *Alb. av.* 3. *p.* 59. *t.* 63.
Montifringilla congener. *Aldr. orn.* 2. *p.* 821. *t.* 823.
*Habitat in* Europa.
Nigra *caput, gula, jugulum, pectus.* Alba *abdomen, criſſum, ſupercilia. Collum ſupra ferrugineum.* Corpus *ſupra teſtaceo nigroque varium.* Remigis 1 *margo exterior albus.*

ſurinama. 2. F. griſea, remigibus utrinque albis, rectricibus lateralibus intus albis.
*Habitat* Surinami.
Corpus *griſeum.* Roſtrum *acutum, flavum.* Abdomen *albidum.* Remiges *nigræ:* Primores *verſus baſin utrinque albæ;* Secundariæ *baſi apiceque albæ.* Rectrices *æquales, nigricantes:* 1, 2 *macula in latere interiore alba;* 3, 4, 6 *apice albæ.*

3. F.

coelebs. 3. F. artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *Fn. ſvec.* 232. *t.* 2. *f.* 199. * *femina.*
Fringilla. *Geſn. av.* 387. *Aldr. orn.* 2. *p.* 815. *Will. orn.* 186. *t.* 45. *f.* 4. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 1. *p.* 60. *t.* 63. *Friſch. av.* - - *t.* 1, 2. *Olin. av.* 31. *Briſs. av.* 3. *p.* 148.
β. Fringilla ſylvia. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 200. *Syſt. nat.* 10. *p.* 180. *Kram. auſtr.* 367.
*Habitat in* Europa.
*Femina ſola migrat per Belgium in Italiam. Mas capite aliquot pilis, mutato ſono, æſtatem annunciat tempore vernali, horis matutinis.*

Montifringilla. 4. F. alarum baſi ſubtus flaviſſima. *Faun. ſvec.* 233. * *t.* 2. *f.* 198.
Montifringilla ſ. Fringilla montana. *Geſn. av.* 388. *Jonſt. av.* 99. *t.* 38. *Will. orn.* 187. *t.* 45. *f.* 5. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 3. *p.* 60. *t.* 64. *Friſch. av.* - - - *t.* 3. *f.* 2, 3. *Olin. av.* 32. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 7. *Briſſ. av.* 3. *p.* 155.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

lulenſis. 5. F. fuſca, pectore humerisque rufis, alis nigris macula rufa. *Faun. ſvec.* 134. *
Carduelis lulenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 63.
*Habitat in* Svecia.

erythrophthalma. 6. F. nigra rubro relucens, abdomine rufeſcente, macula alarum alba.
Fringilla carolinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 169.
Paſſer niger, oculis rubris. *Cateſb. car.* 1. *p.* 34. *t.* 34.
*Habitat in* America.

Carduelis. 7. F. remigibus antrorſum luteis: extima immaculata, rectricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis. *Fn. ſvec.* 236. *.
Carduelis. *Geſn. av.* 242. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 3. *Jonſt. av.* 97. *t.* 37. *Will. orn.* 189. *t.* 46. *Raj. av.* 89. *n.* 1. *Merian. inſ. t.* 173. *Alb. av.* 1. *p.* 61. *t.* 64. *Friſch. av.* - - *t.* 1. *f.* 3, 4. *Olin. av.* 10. *Briſſ. av.* 1. *p.* 53.
*Habitat in* Europæ *juniperetis; hyeme in capitatis plantis Semina colligit. In caveis canora.*

Rectri-

Rectrices *Remigesque autumno apice albent, vere totæ nigræ.* Maris *ſcapulæ nigræ*; Feminæ *vero cinereæ. Kram. auſtr.* 366. *Generat ex F. canaria* hybridam, *capite aliisque ſimilem patri; ſubtus luteam rectricibus luteis apice nigris. Heic hybrida filia fertilis, non vero nepta.*

Melba. 8. F. viridis, facie caudaque rubris, abdomine albo nigroque undato.

Cardueli affinis viridis. *Edw. av.* 128. *t.* 128. & 272.
Carduelis viridis. *Briſſ. app.* 70.
*Habitat in* China.
*Lora cæruleſcentia.*

Alario. 9. F. capite pectoreque atris, corpore caſtaneo, ſubtus albo, rectricibus quatuor lateralibus lineola nigra.

Paſſerculus capitis bonæ ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 106. *t.* 5. *f.* 2.
Paſſer capenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 63. *t.* 67.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

Amandava. 10. F. fuſca rufeſcenſque albo-punctata.

Amandabal. *Alb. av.* 3. *p.* 72. *t.* 77. *Edw. av t.* 355. *f.* 1.
Avis bengalenſis parva maculata, Amadavad. *Pet. gaz.* 53. *f.* 1.
Avicula Amadavadæa dicta. *Will. orn.* 194. *t.* 46. *Raj. av.* 92.
Bengalus punctatus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 206. *t.* 10. *f.* 4.
β. Bengalus fuſcus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 205. *t.* 10. *f.* 3.
*Habitat in* India *orientali: Java, Benghala.*
Caput, *Uropygium, Criſſum rufeſcentia.* Dorſum & *Alæ fuſcæ punctis albis.* Rectrices *nigræ apice puncto albo.* Roſtrum *rubrum.* Mas *magis purpureus*; Femina *magis cineraſcens.*

granatina. 11. F. cauda cuneiformi, corpore rufeſcente, roſtro rubro, temporibus uropygio abdomineque violaceis.

Fringilla coloribus rufo & cæruleo, braſilienſis. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
Granatinus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 216. *t.* 9. *f.* 3?
*Habitat in* Braſilia.

12. F.

triſtis. 12. F. flava, fronte nigra, alis fuſcis.
Carduelis americana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 43. *t.* 43. *Edw. av.* 2. *p.* 133. *t.* 274. *Briſſ. av.* 3. *p.* 64.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Zena. 13. F. nigra, ſubtus alba, linea ſupra infraque oculos candida, pectore fulvo.
Fringilla bahamenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 42. *t.* 42. *Briſſ. av.* 3 *p.* 168.
*Habitat in* America *meridionali.*

lepida. 14. F. fuſco-virens, faſcia ſupra oculari infra-oculari gulaque fulvis, pectore nigro.
*Habitat in* Havanæ *ſylvis, brevi cicuratur, continuo cantat voce adeo exili, ut vix obſervetur, niſi adſtiterit quis proxime. D. Jacquin.*
Corpus *F. canariæ* ½ *minus, fuſco-virens. Faſcia fulva ſupra oculos major, infra oculos minor; Gula fulva. Roſtrum Oculique nigri. Pedes leucophæi.*

autumnalis. 15. F. virens, pileo ferrugineo, criſſo teſtaceo.
*Habitat* Surinami.
*Caput ſupra ferrugineum. Cauda integra.*

Citrinella. 16. F. ſubvireſcens, dorſo fuſco-maculato, pedibus incarnatis.
Citrinella. *Geſn. av.* 260. *Aldr. orn.* 2. *p.* 853. *Will. orn.* 193. *t.* 46. *Raj. av.* 97. *n.* 7. *Olin. av.* 15.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

Serinus. 17. F. ſubvireſcens, mandibula inferiore albida, dorſo lateribusque fuſco-maculatis, faſcia alarum flava.
Serinus. *Geſn. av.* 260. *Aldr. orn.* 2. *p.* 854. *Will. orn.* 194. *t.* 46. *Briſſ. av.* 92. *Raj. av.* 3. *p.* 179.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

Senegala. 18. F. fuſco-ferruginea, vertice ſubtusque rufa, roſtro rubro nigro-ſtriato.
Senegallus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 208. *t.* 10. *f.* 2.
*Habitat in* Senegal.

noctis. 19. F. nigra, gula loriſque rufis, roſtro nigro. *Briſſ. av.* 3. *p.* 118. *t.* 7. *f.* 1.

Paſ-

Paſſer niger, punctis croceis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 311 *Raj. av.* 188.
Avis nocturna. *Hern. mex.* 49. *Raj. av.* 171.
*Habitat in* Jamaica, Mexico, Martinica.

ſinica. 20. F. olivacea, ſubtus teſtacea, remigibus rectricibusque nigris baſi luteis.
Fringilla ſinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 175. *t.* 7. *f.* 2.
*Habitat in* China.

nivalis. 21. F. nigra, ſubtus nivea, remigibus ſecundariis tectricibusque albis.
Fringilla nivalis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 162. *t.* 15. *f.* 1.
*Habitat in* America.
Rectrices *albæ, apice nigræ: mediis nigris albo marginatis.*

butyracea. 22. F. virens, ſuperciliis pectore abdomineque flavis, remigibus primoribus margine exteriore albis.
Chloris indica. *Edw. av.* 84. *t.* 84. *Briſſ. av.* 3. *p.* 195.
*Habitat in* Madera.
*Similis Loxiæ butyraceæ, ſed roſtrum minus.*

Canaria. 23. F. roſtro corporeque albo-flavicante, rectricibus remigibusque vireſcentibus, roſtro albido. *Faun. ſuec.* 1. *n.* 207.
Canaria. *Geſn. av.* 240. *Aldr. orn.* 2. *p.* 814. *t.* 815.
Paſſer carinenſis. *Jonſt. av. t.* 36. *Will. orn.* 192. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 6. *Alb. av.* 1. *p.* 62. *t.* 65. *Friſch. av.* 2. *t.* 12. *f.* 5. *Olin. av.* 7. *Briſs. av.* 3. *p.* 184.
*Habitat in* Canariis *inſulis. Seminibus Phalaridis imprimis victitans; edit & ſemina Cannabis, Myagri, Napi, Avenæ. Hybrida Carduelie parit, ſed non ejus nepos.*

flaveola. 24. F. flava, fronte fulva, remigibus rectricibusque nigris flavo marginatis.
*Habitat* - - - - - *Muſeum De Geer.*
Corpus *magnitudine & ſtatura F. canarienſis, flaviſſimum.* Roſtrum *convexum, pallidum apice fuſco.* Frons *fulva ſ. crocea.* Dorſum *flavo-vireſcens.* Remiges Rectricesque *nigræ utroque margine flavæ.* Cauda *forficata.* Pedes *pallidi.*

X 25. F.

Spinus. 25. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. *Fn. ſvec.* 237. *
Acanthus avicula. *Geſn. av.* 1.
Spinus ſ. Ligurinus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 807. *t.* 810, 811. *Will. orn.* 192. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 5. *Alb. av.* 3. *p.* 71. *t.* 76. *Friſch. av.* 2. *t.* 11. *f.* 1, 2. *Olin. av.* 17.
Ligurinus. *Briſs. av.* 3. *p.* 65.
*Habitat in* Europæ *juniperetis.*
Mas *gutture fuſco*; Femina *albo.*

flammea. 26. F. fuſca, criſta flammea. *Faun. ſvec.* 238.
Linaria ſ. Luteola nigra. *Klein. av.* 93.
*Habitat in* Europa.
*Diverſiſſima a F. cœlibe.*

flaviroſtris. 27. F. fuſca, roſtro flavicante. *Faun. ſvec.* 239. *
*Habitat in* Europa.
*Varietas F. cœlibis non eſt.*

cannabina. 28. F. remigibus primoribus rectricibusque nigris utroque margine albis. *Faun. ſvec.* 240. *
Linaria rubra major. *Will. orn.* 191. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 68. *t.* 72, 73. *Friſch. av.* 2. *t.* 9. *f,* 1, 2. *Briſs. av.* 3. *p.* 135.
Linaria marina. *Aldr. orn.* 2. *p.* 825. *t.* 826.
*Habitat in* Europa.

Linaria. 29. F. remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum albida. *Fn. ſvec.* 241. *
Linaria rubra. *Geſn. av.* 591. *Aldr. orn.* 2. *p.* 825. *Will. orn.* 191. *Raj. av.* 91. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 70. *t.* 75. *Friſch. av. t.* 10. *f.* 3, 4. *Briſs. av.* 3. *p.* 138.
*Habitat in* Europa; *victitat imprimis Alni ſeminibus.*

Petronia. 30. F. griſea, ſuperciliis albis, gula lutea.
Parus ſylveſtris. *Briſſ. av.* 3. *p.* 88. *t.* 5. *f.* 1.
Paſſer torquatus. *Will. orn.* 183? *Raj. av.* 87?
Oenanthe congener? *Aldr. orn.* 2. *p.* 764. *Will. orn.* 171. *Raj. av.* 80.
Petronia marina. *Will. orn.* 195. *Raj. av.* 92.
Fringilla ſubincana, macula lutea in pectore. *Friſch. av. t.* 3.
*Habitat in* Europa.

Re-

*Rectrices apice lateris exterioris macula alba, at Rectrix extima margine exteriore albo.*

angolenſis. 31. F. dorſo fuſco, abdomine caudaque cæruleis.
Fringilla ventre cæruleo. *Edw. av.* 131. *t.* 31.
Bengalus. *Briſs. av.* 3. *p.* 203. *t.* 10. *f.* 1.
*Habitat in* Angola, Bengala.

bengalus. 32. F. dilute cærulea, capite dorſoque griſeis, lateribus capitis purpureis.
Bengalus. *Briſs. av.* 3. *p.* 203.
*Habitat in* Bengala.
*Roſtrum albidum marginibus nigris.*

jamaica. 33. F. griſea, pectore viridi-cæruleſcente, remigibus rectricibusque nigris. *Amæn. acad.* 1. *p.* 489. *
Fringilla jamaicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 166.
Paſſer cæruleo fuſcus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 311. *t.* 257. *f.* 3. *Raj. av.* 187.
*Habitat in* Jamaica.

tricolor. 34. F. nigra, capite uropygioque cyaneis, humeris viridibus, abdomine flaveſcente.
*Habitat* Surinami.
Corpus *mediocre.* Dorſum *atrum.* Narium *regio atra.* Abdomen *totum albo-flaveſcens.* Frons, *Tempora, Gula cyanea.* Remiges *nigræ: primores margine exteriore virides.* Rectrices *nigræ, æquales.*

Maja. 35. F. purpuraſcens, faſcia pectorali ſaturatiore.
Maja. *Hern. mex.* 56. *Nieremb. nat.* 208. *Will. orn.* 297. *Raj. av.* 155.
Maja ex inſula cuba. *Briſſ. av* 3. *p.* 214. *t.* 7. *f.* 2.
*Habitat in* India orientali & occidentali, *victitat Zea.*

domeſtica. 36. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria. *Faun. ſvec.* 242. *
Fringilla remigibus rectricibusque fuſcis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 212.
Paſſer domeſticus. *Geſn. av.* 643. *Aldr. orn.* 2. *p.* 528. *t.* 534. *Will. orn.* 182. *t.* 44. *Raj. av.* 86. *Alb. av.* 1. *p.* 5, 9. *t.* 62. *Friſch. av.* - - - *t.* 8. *f.* 1, 2. *Olin. av.* 42. *Briſſ. av.* 3. *p.* 72.

*Habitat in* Europa *prope rura. Salaciſſimus qui vigeſies ſæpe coit. Hortis peſſima.*
Mas *gula nigra diſtinguitur.*

**montana.** 37. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina. *Fn. ſvec.* 243. *
Paſſer montanus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 560. *t.* 560. *Olin. av.* 46. *Raj. av.* 87. *Will. orn.* 185. *t.* 45. *Alb. av.* 3. *t.* 66. *Edw. av.* 124. *t.* 269. *Briſſ. av.* 3. *p.* 79.
*Habitat in* Europa.
*Simillima Fr. domeſticæ, ſed minor &* faſcia duplici *e tectricibus alarum primi ſecundique ordinis albis, at in F. domeſtica tantum ſecundi;* Uropygio *vireſcente, nec teſtaceo;* Macula *nigra ad aures, nec alba retro oculum. Kram. auſt.* 370.

**bicolor.** 39. F. capite pectoreque nigris, dorſo alis caudaque obſcure vireſcentibus.
Paſſer bicolor bahamenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 37. *t.* 37.
Chloris bahamenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 202.
*Habitat in* America.

**criſpa.** 39. F. olivacea, ſubtus lutea, capite nigro, pennis plurimis recurvatis.
Paſſer criſpus. *Edw. av.* 2. *p.* 128. *t.* 271.
Fringilla criſpa. *Briſſ. app.* 86.
*Habitat in* Angola.

## 113. MUSCICAPA. *Roſtrum* ſubtrigonum, utrinque emarginatum, apice incurvo; *vibriſſæ* patentes verſus fauces. *Nares* ſubrotundæ.

**paradiſi.** 1. M. capite criſtato nigro, corpore albo, cauda cuneata: rectricibus intermediis longiſſimis.
Muſcicapa criſtata alba, cap. b. ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 414. *t.* 41. *f.* 2.
Corvus paradiſi. *Syſt. nat.* 10. *p.* 107.
Pica orientalis, cauda duabus pennis longiſſimis. *Edw. av.* 113. *t.* 113.

Ma-

Manucodiata criſtata ex albo nigroque varia. *Raj. av.* 195. *t.* 2. *f.* 13.
Avis paradiſi. *Seb. muſ.* 1. *p.* 85. *t.* 52. *f.* 3.
*Habitat in* Zeylona; *ad* Cap. b. ſpei.
Varietas? *alii caudaque helvolis*; *quæ Briſſ.* 2. *p.* 418. *t.* 41. *f.* 1.
alia? *corpore ſupra rubro*: *quæ Edw. t.* 325.
*forte hæ vel ætate, vel ſexu, vel loco variantes.*
Caput *azureum criſta declinata.* Corpus *magnitudine Sturni album, rachi pennarum nigra.* Remiges *nigræ, utrinque margine albæ.* Rectrices *niveæ rachi & margine exteriore nigræ.* Roſtri *baſis plumis tecta.*

mutata. 2. M. capite criſtato, cauda cuneata, rectricibus intermediis longiſſimis, palpebris cæruleis.
Muſcicapa madagaſcarienſis longicauda. *Briſſ. av.* 2. *p.* 424. *t.* 40. *f.* 1, 2, 3.
*Habitat in* Madagaſcar.
Corpus *ſupra nigro-vireſcens.* Rectrices *intermediæ* 2, *longiſſimæ: albæ oris & rachi nigris*; *laterales vero nigræ latere exteriore albo: ora nigra.*

martinica. 3. M. capite criſtato, corpore fuſco, ſubtus cinereo, remigum margine exteriore albido. *Briſſ. av.* 2. *p.* 362. *t.* 36. *f.* 2.
*Habitat in* Martinica.

Tyrannus. 4. M. cauda longiſſima forficata, corpore nigro, ſubtus albo.
Muſcicapa Tyrannus cauda bifurca. *Briſſ. av.* 2. *p.* 395. *t.* 39. *f.* 3.
*Habitat in* Canada, Surinamo.
*Surinamenſi: Rectrix extima margine exteriore verſus baſin alba*; *Corpus nigrum.*
*Canadenſi: Rectrices ſimiles. Corpus ſupra cinereum*; *pennæ verticis baſi luteæ. Tempora nigra. Br.*

ſurinama. 5. M. cauda rotundata apice alba, corpore nigro, ſubtus albo.
*Habitat* Surinami.
Corpus *nigrum, ſubtus totum album.* Rectrices *ſummo apice albæ.*

crinita. 6. M. capite criſtato colloque cæruleſcente, abdomine flaveſcente, dorſo vireſcente, remigibus rectricibus rufis.

Muſcicapa criſtata, ventre luteo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 52. *t.* 52.
Muſcicapa virginiana criſtata. *Briſſ. av.* 2. *p.* 412.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Emeria. 7. M. ſubcriſtata griſea, ſubtus alba, temporibus uropygioque rubris.
Ruticilla bengalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 52. *t.* 56. *Edw. av.* 190. *t.* 190.
*Habitat in* Bengala.
*Capitis pennas longiores ſolet ſæpe in criſtam erigere.*

rubra. 8. M. rubra, roſtro flavicante.
Muſcicapa rubra. *Cateſb. car.* 1. *p.* 56. *t* 56. *Edw. av.* 63. *t.* 239. *f.* 2. *Briſſ. av.* 2. *p.* 432.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Atricapilla. 9. M. nigra, ſubtus frontisque macula alarumque ſpeculo albis, rectricibus lateralibus extus albis.
Motacilla remigibus extimo dimidiato extrorſum albo. *Faun. ſvec.* 1. *n.* 230. *t.* 1. *f.* 229.
Muſcicapa nigra. *Briſſ. av.* 2. *p.* 381.
Curruca tergo nigro. *Friſch. av. t.* 24.
Ficedula Atricapilla ſe mutans. *Aldr. ornith.* 2. *p.* 758.
Ficedula tertia aldrovandi. *Will. orn.* 170.
Oenanthe noſtra quarta. *Raj. av.* 77. *n.* 5.
*Habitat in* Europa.

Ruticilla. 10. M. nigra, pectore macula alarum baſique remigum rectricumque flavis.
Motacilla Ruticilla *Syſt. nat.* 10. *p.* 186. *n.* 15.
Muſcicapa americana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 67. *t.* 67. *Briſſ. av.* 2. *p.* 383.
Ruticilla minor americana. *Edw. av.* 80. *t.* 80.
Serino affinis avicula e croceo & nigro varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 312. *Raj. av.* 188.
*Habitat in* America.
Femina *flaveſcit, ubi mas albeſcit.* Macula *frontis alba.* Remiges *primores nigræ margine tenuiore fulvæ; Secundariæ nigræ a baſi ad medium fulvæ.* Rectrices 1, 2, 3, 4 *fulvæ, poſtice nigræ; 5 exteriore latere a baſi ad medium fulvæ; 6 nigræ totæ.*

11. M.

virens. 11. M. fuſco-virens, ſubtus lutea, ſuperciliis albis.
Muſcicapa carolinenſis cinerea. *Briſſ. av.* 2. *p.* 368.
*Habitat in* Carolina *ad ripas.*

cayanenſis. 12. M. fuſca, ſubtus lutea, ſuperciliis albis, vertice ſubaurantio.
Muſcicapa cayanenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 404. *t.* 38. *f.* 4.
*Habitat in* Cayana.
Corporis *pennæ ſupra fuſcæ margine olivaceo.* Rectrices *marginibus rufis.* Remiges *margine exteriore rufo.* Verticis *pennæ baſi aurantiæ.*

canadenſis. 13. M. cinerea, ſubtus lutea, loris luteis, vertice nigro maculato.
Muſcicapa canadenſis cinerea. *Briſſ. av.* 2. *p.* 406. *t.* 39. *f.* 4.
*Habitat in* Canada.

olivacea. 14. M. olivacea, ſubtus albidior, ſuperciliis albis, oculis rubris.
Muſcicapa olivacea. *Edw. av.* 5. *p.* 93. *t.* 253. *Cateſb. car.* 1. *p.* 54. *t.* 54.
Muſcicapa jamaicenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 410.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

ſenegalenſis. 15. M. varia, ſuperciliis albis, rectricibus extimis dimidiato albis.
Muſcicapa ſenegalenſis, pectore rufo. *Briſſ. av.* 2. *p.* 374. *t.* 37. *f.* 2.
β. Muſcicapa ſenegalenſis, pectore nigro. *Briſſ. av.* 2. *p.* 376. *t.* 37. *f.* 3.
*Habitat in* Senegal.
Alba *ſunt gula, abdomen, criſſum.* Rectrices 4 *mediæ nigræ, immaculatæ; reliquæ apice albæ; extima exteriore latere alba.*

capenſis. 16. M. fuſca, ſubtus alba, pectore nigro, faſcia alarum rufa, rectricibus apice albis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 372. *t.* 36. *f.* 3.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
Latera *abdominis rufa.* Tectrices *alarum maiores apice rufæ.* Rectrices *nigræ, apice albæ: extima latere exteriore alba.*

torquata. 17. M. nigra, ſubtus alba, pectore rufo, remigibus intimis apice albis.
Muſcicapa torquata cap. b. ſpei. *Briſſ. av. 2. p. 379. t. 36. f. 4.*
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.
Collum *a tergo album: Præcedenti maxime affinis.*

caroli-nenſis. 18. M. fuſca, ſubtus cinerea, capite nigro, criſſo rubro. *Briſſ. av. 2. p. 365. Cateſb. car. 1. p. 66. t. 66.*
*Habitat in* Carolina.

petechia. 19. M. fuſca, ſubtus cinerea rufo maculata, gutture criſſoque rufis. *Briſſ. av. 2. p. 364.*
*Habitat in* Martinica.

Griſola. 20. M. ſubfuſca, ſubtus albicans, collo longitudinaliter maculato, criſſo rufeſcente.
Muſcicapa. *Briſſ. av. 2. p. 357. t. 35. f. 3.*
Griſola. *Aldr. orn. 2. p. 737. t. 738. Will. orn.* 81 & 171. *Raj. av.* 81.
Staparola. *Will. orn.* 159.
Currucis ſ. Ficedulis cognata. *Geſn. av.* 629.
*Habitat in* Europa.

variegata. 21. M. fuſca, ſubtus fronte uropygioque albis.
*Habitat in* India.
*Statura Motacillæ albæ.* Corpus *fuſcum, ſed album fronte cum lateribus capitis, collo ſubtus, pectore, abdomine, femoribus, uropygio & lineola ab humeris alarum ad medium dorſum ducta.* Rectrices *apice detritæ, harum extima vix apice alba.*

## 114. MOTACILLA. *Roſtrum* ſubulatum, rectum: Mandibulis ſubæqualibus.
*Nares* obovatæ.
*Lingua* lacero-emarginata.

Luſcinia. 1. M. rufo-cinerea, armillis cinereis. *Fn. ſvec.* 244. *

Luſci-

Motacillæ *pleræque inſectivoræ, nec granivoræ, hinc hyemem verſus e borealibus ad meridionales terras migrant.*

Luſcinia. *Geſn. av.* 592. *Aldr. orn.* 2. *p.* 771. *t.* 777. *Will. orn.* 161. *t.* 41. *Raj. av.* 78. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 49. *t.* 53. *Friſch. av. t.* - - *Briſs. av.* 3. *p.* 397.
*Habitat in* Europæ *frondoſis, noctu veſpereque vernali cantillans: tanta vox, tam parvo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus! ſpiritu prius deficiens quam cantu. Plin. X: 29. Miratrix avis, nutritur ovis Formicarum.*

Calidris. 2. M. ſupra fuſco-vireſcens, ſubtus fulva, linea oculari ſubocularique nigra.
Luſcinia americana. *Edw. av.* 121. *t.* 121. *f.* 2.
Icterus minor nidum ſuſpendens. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *Raj. av.* 184. *n.* 27.
Ficedula jamaicenſis major. *Briſſ. app.* 101.
*Habitat in* America.
*Rectrices apice luteæ.*

modularis. 3. M. ſupra griſeo-fuſca, tectricibus alarum apice albis, pectore cæruleſcente-cinereo. *Fn. ſvec.* 245. *
Maynanina. *Aldr. orn.* 2. *p.* 736. *Will. orn.* 158.
Prunella. *Geſn. av.* 653.
Curuca eliotæ. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 79.
Curruca fuſca. *Friſch. av. t.* 21.
Curruca ſepiaria. *Briſs. av.* 3. *p.* 394.
Paſſer rubi. *Aldr. orn.* 2. *p.* 738.
*Habitat in* Europa.
Pedes *ſubincarnati.*

Schœnobænus. 4. M. teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite maculato. *Faun. ſvec.* 246. *
Curruca ſylveſtris ſ. Luſciniola. *Briſs. av.* 3. *p.* 393.
Luſciniola. *Aldr. orn.* 2. *p.* 765. *Will. orn.* 171. *Raj. av.* 80.
*Habitat in* Europa.

campeſtris. 5. M. griſea, capite vireſcente-cinereo, rectricibus concoloribus, abdomine albido.
Curruca jamaicenſis. *Edw. av.* 122. *t.* 122. *f.* 2. *Briſſ. app.* 100.
*Habitat in* Jamaica.

Curruca. 6. M. ſupra fuſca, ſubtus albida, rectricibus fuſcis: extima margine tenuiore alba. *Fn. ſvec.* 247. *

Luſcinia altera. *Klein. av.* 73. *t.* 1.
Hippolais ſ. Curruca. *Aldr. orn.* 2. *p.* 752. *t.* 753.
Cannavarola. *Aldr. orn.* 2. *p.* 754.
Curruca cantu luſciniæ. *Friſch. av. t.* 21. *f.* 3.
Curruca garrula. *Briſſ. av.* 3. *p.* 384. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 79. *n.* 6.
*Habitat in* Europa, *noctu cantillans.*

Hippolais. 7. M. vireſcente-cinerea, ſubtus flaveſcens, abdomine albido, artubus fuſcis, ſuperciliis albidis. *Fn. ſvec.* 248. *
Ficedula ſeptima. *Aldr. orn.* 2. *p.* 759. *t.* 760. *Will. orn.* 158. *Raj. av.* 79. *n.* 7.
Curruca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 372.
*Habitat in* Europa.

Salicaria. 8. M. cinerea, ſubtus alba, ſuperciliis albis. *Faun. ſvec.* 249. *
Luſcinia ſalicaria. *Klein. av.* 74.
Salicaria. *Geſn. ic.* 50. *Aldr. orn.* 2. *p.* 737. *Will. orn.* 158. *Raj. av.* 81. *Alb. av.* 3. *p.* 56. *t.* 60.
Curruca arundinacea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 378.
*Habitat in* Europa.
*Pedes fulvi.*

Sylvia. 9. M. ſupra cinerea, ſubtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato alba, ſecunda apice alba. *Faun. ſvec.* 250. *
Curruca cinerea ſ. cineraria. *Briſſ. av.* 3. *p.* 376. *t.* 21. *f.* 1.
Stoparola. *Aldr. orn.* 2. *p.* 732. *Will. orn.* 154. *Raj. av.* 77.
*Habitat in* Europa.

Ficedula. 10. M. ſubfuſca, ſubtus alba, pectore cinereo maculato. *Faun. ſvec.* 251. *
Ficedula *Geſn. av.* 384. *Aldr. orn.* 2. *p.* 758. *Will. orn.* 163. *Raj. av.* 81. *n.* 12. *Alb. av.* 3. *p.* 25. *t.* 26. *Briſſ. av.* 3. *p.* 369.
Curruca fuſca, alba macula in alis. *Friſch. av. t.* 22.
*Habitat in* Europa.
Mandibula *ſuperior utrinque emarginata & latere vibriſſata. Orbitæ rufeſcentes.* Remiges ſecundariæ *latere exteriore albæ.* Rectrix 1, 1 *latere exteriore longi-*

*longitudinali*; 2, 2, *ad duas tertias ejudem lateris*, *albæ*.

alba. 11. M. pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn. ſvec.* 252. *
Motacilla alba. *Geſn. av.* 618. *Aldr. orn.* 2. *p.* 726. *Bell. av.* 88. 6. *Will. orn.* 171. *t.* 42. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 49. *Friſch. av.* *t.* 23. *f.* 4. *Olin. av.* 43. *Briſſ. av.* 3. *p.* 461.
*Habitat in* Europa, *ex hybernatione redit prima die germinationis, ad pagos frequens curſitans, irrequieta cauda.*
*Mandibula ſuperior pone apicem utrinque emarginata alba, flava, Ficedulæ; an itaque Muſcicapis adſociandæ.*

flava. 12. M. pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn. ſvec.* 253. *
Motacilla verna. *Briſſ. av.* 3. *p.* 468.
Motacilla flava. *Geſn. av.* 618. *Aldr. orn.* 2. *p.* 729. *Will. orn.* 172. *t.* 68. *Raj. av.* 75. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* - - *t.* 23. *f.* 3. *Edw. av.* 103. *t.* 258.
*Habitat in* Europa, *uti præcedens, ſed magis ſylvatica.*
*Confer.* Motacilla cinerea. *Will. orn.* 172. *Raj. av.* 75. *Alb. av.* 2. *p.* 54. *t.* 58. *Edw. av.* 105. *t.* 259.
Motacilla flava. *Briſſ. av.* 3. *p.* 471. *t.* 23. *f.* 3. *an ſolo ſexu diverſa?*

Tiphia. 13. M. viridis, ſubtus flaveſcens, alis nigris: faſciis duabus albis.
Paſſer viridis indicus. *Edw. av.* 79. *t.* 79.
Ficedula bengalenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 484.
*Habitat in* Benghala.
*Faſciæ alarum ex apicibus tectricum albis.*

Stapazina. 14. M. ferruginea, area oculorum alis caudaque fuſcis, rectricibus extimis latere albis.
Oenanthe altera. *Aldr. orn.* 2. *p.* 763. *Will. orn.* 168. *Raj. av.* 80.
Oenanthe fulva. *Edw. av.* 31. *t.* 31.
Vitiflora rufa. *Briſſ. av.* 3. *p.* 459.
*Habitat in* Hiſpania, Italia.

*Conf.*

*Conf.* Stapazino. *Aldr. orn.* 2. *p.* 764. *Will. orn.* 168. *Raj. av.* 81.
Vitiflora rufeſcens. *Briſs. av.* 3. *p.* 457. *t.* 25. *f.* 4.

Oenanthe. 15. M. dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. *Fn. ſvec.* 254. *
Oenanthe ſ. Vitiflora. *Aldr. orn.* 2. *p.* 762. *t.* 763. *Jonſt. av.* 123. *t.* 45. *f.* 13. *Will. orn.* 168. *t.* 41. *f.* 4. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 53. *t.* 55. *Briſs. av.* 3. *p.* 449.
Curruca major, pectore ſubluteo. *Friſch. av. t.* 22.
β. Motacilla ſubtus pallida, rectricibus introrſum albis, dorſo undulato. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 219.
Oenanthes vitifloræ femina. *Alb. av.* 3. *p.* 50. *t.* 54.
Vitiflora griſea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 452. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* Europæ *apricis lapidoſis; Sexu & ætate varia; ceſsante nocturno frigore advenit.*
*Femina caret faſcia ſuboculari nigra.*

Rubetra. 16. M. nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. *Fn. ſvec.* 255. *
Rubetra major ſ. Rubecula. *Briſſ. av.* 3. *p.* 432. *t.* 24. *f.* 1.
Ficedula 3 aldrovandi. *Will. orn.* 170. *Raj. av.* 77.
Curruca major altera. *Friſch. av. t.* 22.
Montanelius bononienſium. *Aldr. orn.* 2. *p.* 735.
Oenanthe ſecunda. *Will. orn.* 168. *Raj. av.* 76.
Avicula parva. *Geſn. av.* 796.
Todten fogele. *Aldr. orn.* 2. *p.* 737.
*Habitat in* Europa *usque in* Spitsbergam.

Rubicola. 17. M. griſea, ſubtus rufeſcens, jugulo faſcia alba, loris nigris.
Rubetra. *Aldr. orn.* 2. *p.* 739. *t.* 740. *Alb. av.* 1. *p.* 50. *t.* 53. *Briſſ. av.* 3. *p.* 428. *t.* 23. *f.* 1.
Muſcipeta. *Aldr. orn.* 2. *p.* 734. *t.* 735. *Jonſt. av. t.* 45.
Oenanthe tertia. *Will. orn.* 169. *t.* 41. *Raj. av.* 76.
*Habitat in* Europæ *ſepibus.*

Atricapilla. 18. M. teſtacea, ſubtus cinerea, pileo obſcuro. *Faun. ſvec.* 256. *
Atricapilla ſ. Ficedula. *Geſn. av.* 348. *Aldr. orn.* 2. *p.* 756. *t.* 757. *Will. orn.* 162. *t.* 41. *Raj. av.*

*av.* 79. *n.* 8. *Friſch. av. t.* 23. *f.* 1. *Olin. av.* 9. *Briſs. av.* 3. *p.* 380.
*Habitat in* Europa.

penſylvanica. 19. M. pileo flaveſcente, hypochondriis ſanguineis.
Motacilla pectore rubro. *Edw. av.* - - *t.* 301.
*Habitat in* Penſylvania.
Corpus *vireſcens*, *nigro varium*, *ſubtus albicans*, *lateribus*, *ſub aſis*, *ſanguineis*. Caput *ſupra albicans*. *Sub oculis macula nigra*, *oblonga*.

chryſoptera. 20. M. fuſca, ſubtus alba, pileo maculaque alarum luteis, gula nigra.
Motacilla alis aureis. *Edw. av.* - - *t.* 299.
*Habitat in* Penſylvania.
Pileus *fulvus*. Macula *pone oculos gulaque nigra*. Linea *alba ſupra infraque oculos*. Tectrices *alarum luteæ*, *maculam magnam conſtituentes*.

coronata. 21. M. nigro maculata, pileo hypochondriis uropygioque flavis.
Motacilla corona aurea. *Edw. av.* - - *t.* 298.
*Habitat in* Penſylvania.
Corpus *dorſo pectore abdomineque adſperſum maculis parvis nigris*. Faſcia *alarum duplex alba*. Gula *alba*.

ſenegalenſis. 22. M. fuſca, remigibus interius rufis, rectricibus nigris apice albis. *Briſs. av.* 3. *p.* 441.
*Habitat in* Senegal.

varia. 23. M. albo nigroque maculata, faſciis alarum duabus albis, cauda bifida.
Ficedula dominicenſis varia. *Briſſ. av.* 3. *p.* 529. *t.* 27. *f.* 5.
Muſcicapa fuſco & albo varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 309. *t.* 265. *f.* 1. *Raj. av.* 186.
*Habitat in* Jamaica, Dominica.

capenſis. 24. M. fuſca, ſubtus albida, faſcia pectorali fuſca, ſuperciliis albis, rectricibus lateralibus oblique albis.
Motacilla capitis b. ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 476. *t.* 25. *f.* 3.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei.

25. M.

ictero-cephala. 25. M. griſea, ſubtus albida, pileo luteo, faſcia oculari nigra, duabusque alaribus flavis.
Ficedula canadenſis icterocephala. *Briſſ. av.* 3. *p.* 517. *t.* 27. *f.* 2.
*Habitat in* Canada.

dominica. 26. M. cinerea, ſubtus alba, macula ante oculos lutea, pone alba, infra nigra.
Ficedula dominicenſis cinerea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 520. *t.* 27. *f.* 3.
Muſcicapa e cæruleo cinereo fuſco luteo varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 310. *Raj. av.* 186.
*Habitat in* Jamaica, Dominica.
Faſcia *alarum duplex alba.* Gula *nigra.*

canaden-ſis. 27. M. cineraſcens, ſubtus alba, vertice faſciaque abdominali lutea, pectore fuſco maculato.
Ficedula canadenſis cinerea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 524. *t.* 27. *f.* 1.
*Habitat in* Canada.
Faſcia *alarum duplex alba.*

madera-ſpatana. 28. M. virideſcens, ſubtus albida, gula anoque flavis, palpebris albis.
Ficedula maderaſpatenſis minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 498. *t.* 28. *f.* 2.
*Habitat in* Madagaſcar.

auroca-pilla. 29. M. olivacea, ſubtus alba, vertice aureo, ſuperciliis nigris, pectore nigro maculato.
Ficedula penſilvanica aurocapilla. *Briſſ. av.* 3. *p.* 504. *Edw. av.* 91. *t.* 252.
*Habitat in* Penſylvania.

petechia. 30. M. olivacea, ſubtus flava rubro guttata, pileo rubro.
Ficedula penſilvanica erythrocephalos. *Briſſ. av.* 3. *p.* 488. *Edw. av.* 5. *p.* 99. *t.* 256. *f.* 2.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Cauda *integra.*

dumeto-rum. 31. M. cinereo-fuſca, capite cæruleſcente, gula pectoreque albis. *Kram. auſt.* 377. *t.* - - *n.* 19.
Curruca tertia *Geſner.*
*Habitat in* Europa.

32. M.

cinnamomea. 32. M. cana, ſubtus coccinea, gula nigra, remigibus quatuor primis baſi rubris.

*Habitat in Zeylona. D. Lothen.*

Simillima *M. Erithaco.* Corpus *ſupra canum.* Gula *nigra.* Coccinea *ſunt Pectus, Abdomen, Uropygium.* Remiges *nigræ, exceptis quatuor primis baſi rubris, unde macula alarum rubra, in altero ſexu.* Rectrices *nigræ, ſed quatuor intermediæ latere oblique rufæ.*

Caprata. 33. M. nigra, uropygio criſſo maculaque tectricum alari albis.

Rubetra lucionenſis. *Briſs. av.* 3. *p.* 442. *t.* 24. *f.* 2, 3.

*Habitat in* Lucionenſi *inſula.*

Femina *caret macula alarum alba, e tectricibus in altero ſexu facta.*

Phœnicurus. 34. M. gula nigra, abdomine caudaque rufis, capite dorſoque cano. *Fn. ſvec.* 257. *

Ruticilla. *Geſn. av.* 729. *Aldr. orn.* 2. *p.* 746. *t.* 746, 747. *Will. orn.* 159. *Raj. av.* 78. *n.* 5. *Alb. av.* 1. *p.* 48. *t.* 50. *Briſſ. av.* 3. *p.* 403.

Rubecula gula nigra. *Friſch. av. t.* 19.

β. Motacilla *Titys* remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro extrorſum rufeſcente. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 227. *femina eſt.*

*Habitat in* Europæ *muris, egregie cantillans.*

Femina *diverſo colore, exceptis Pedibus Roſtroque nigris, Caudaque rufeſcente. Kram. auſtr.* 376.

Erithacus. 35. M. dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *Faun. ſvec.* 258. *

Phœnicurus. *Geſn. av.* 3. *p.* 409. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78. *n.* 2. *Friſch. av.* - - *t.* 20. *Briſſ. av.* 3. *p.* 409.

Phœnicurus alter. *Aldr. orn.* 2. *p.* 748.

*Habitat in* Europa.

Guira. 36. M. viridis, ſubtus lutea, genis gulaque nigris linea lutea cinctis.

Sylvia braſilienſis viridis. *Briſs. av.* 3. *p.* 533.

Guira

Guira-guacu-beraba. *Marcgr. braſ.* 212. *Will. orn.* 173. *t.* 41. *Raj. av.* 83. *n.* 10. *Edw. av.* 3. *p.* 293. *t.* 351.
*Habitat in* Braſilia.

ſvecica. 37. M. pectore ferrugineo faſcia cærulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis. *Fn. ſvec.* 259. *
Motacilla pectore cæruleo: macula flaveſcente albedine cincta. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 220.
Cyanecula. *Briſſ. av.* 3. *p.* 413.
Wegflecklin. *Geſn. av.* 796. *Aldr. orn.* 2. *p.* 749. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78.
Ruticilla gutture cæruleo. *Edw. av.* 28. *t.* 28.
Phœnicurus pectore cæruleo. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 3, 4.
Wydengyckerlin. *Geſn. av.* 796.
*Habitat in* Europæ *alpinis: in Svecia, Pyrenæis.*

Sialis. 38. M. ſupra cærulea, ſubtus tota rubra, abdomine albo.
Rubecula dorſo cæruleo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 47. *t.* 47. *Edw. av.* 24. *t.* 24.
Rubecula carolinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 423.
Avis cærulea. *Kalm. it.* 3. *p.* 30.
*Habitat in* Bermudis & America *ſeptentrionali.*
*Remiges primores apice nigræ, ſed ſummo apice luteſcentes.*

fulicata. 39. M. nigro-violacea, criſſo caſtaneo, macula tectricum alba.
Rubetra philippenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 444. *t.* 23. *f.* 2.
*Habitat in* Philippinis.

cayana. 40. M. cærulea, capiſtro humeris alis caudaque nigris.
Sylvia cayanenſis cærulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 534. *t.* 28. *f.* 1.
Elotototl. *Hern. mex.* 54. *Raj. av.* 170. *n.* 4.
*Habitat in* Mexico.

Velia. 41. M. cærulea, ventre uropygioque fulvis.
Muſcicapa cærulea, ventre rubro. *Edw. av.* 22. *t.* 22.
Sylvia ſurinamenſis cærulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 536.
*Habitat* Surinami.

canadenſis. 42. M. ſupra cærulea ſubtus alba, jugulo remigibus rectricibuſque nigris.

Fice-

Ficedula canadenſis cinerea major. *Briſſ. av.* 3. *p.* 527. *t.* 27. *f.* 6. *Edw. av.* 5. *t.* 252. *f.* 1.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Remiges *primores baſi albæ, unde macula alarum.* Rectrices 1, 2, 3 *baſi apiceque albæ;* 4, 5 *apice albæ.*

cærulea. 43. M. ſupra cærulea, ſubtus alba, alis caudaque nigris.
Motacilla parva cærulea. *Edw. av.* - - *t.* 302.
*Habitat in* Penſylvania *conſtruens nidum artificioſiſſimum. Rectrices laterales albæ.*

Sibilla. 44. M. nigricans, ſubtus alba, pectore rufo, macula alarum alba.
Rubetra madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 439. *t.* 24. *f.* 4.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Egregie ſibilat.*

Rubecula. 45. M. griſea, gula pectoreque ferrugineis. *Fn. ſvec.* 260.*
Rubecula ſ. Erithacus. *Geſn. av.* 729. *t.* 730. *Aldr. orn.* 2. *p.* 741. *t.* 742. *Will. orn.* 160. *t.* 38. *Raj. av.* 78. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 51. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 2. *Olin. av.* 16. *Briſſ. av.* 3. *p.* 418.
*Habitat in* Europa, *approximante hyeme redit in Galliam, delectatur Evonymi Seminibus, egregie cantillat, valde pugnax; non una arbor capit duos Erithacos.*
*Roſtrum cingit color ferrugineus. Rectrices angulo acuto terminatæ.*

Troglodytes. 46. M. griſea, alis nigro cinereoque undulatis. *Fn. ſvec.* 261.*
Paſſer troglodytes. *Geſn. av.* 651. *Aldr. orn.* 2. *p.* 654. *t.* 42. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Raj. av.* 80. *Alb. av.* 1. *t.* 53. *f. B.*
Trochilus remigibus teſſellatis. *Friſch. av.* - - *t.* 24. *f.* 3.
Regulus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 425.
*Habitat in* Europa, *nidificat ſub terra.*
Roſtrum *acutum, vix manifeſte arcuatum, integerrimum.* Nares *nudæ.* Corpus *griſeum.* Remiges *latere exteriore faſciis minimis numeroſis fuſcis: ſed* 1, 2, 3 *latere exteriore maculis inter faſcias albis.* Cauda *rotundata faſciis tranſverſis fuſcis.*

Calendula. 47. M. cinereo-virens, linea verticali flaviſſima, abdomine aliſque ſubtus flaveſcentibus.

Calendula penſylvanica. *Briſſ. av.* 3. *p.* 584. *Edw. av.* 95. *t.* 254. *f.* 2.
*Habitat in* Penſylvania.
Corpus *cinereo-virens*, *magnitudine Ligurini ſ. dupla Reguli.* Verticis *linea anguſta*, *flaviſſima.* Abdomen *vireſcenti-flaveſcens.* Remiges & Rectrices *fuſceſcentes margine exteriore palleſcente.*

**Regulus.** 48. M. remigibus ſecundariis exteriori margine flavis, medio albis, vertice luteo. *Fn. ſvec.* 262. *
Regulus criſtatus. *Will. orn.* 163. *t.* 41. *Raj. av.* 79. *n.* 9. *Alb. av.* 1. *p.* 51. *t.* 53. *Aldr. orn.* 2. *p.* 649. *Friſch. av.* - - - *t.* 24. *f.* 4. *Catesb. car.* 3. *p.* 13. *t.* 3. *Olin. av.* 6.
Calendula. *Briſſ. av.* 3. *p.* 579.
*Habitat in* Europa.

Trochilus. 49. M. cinereo-virens, alis ſubtus tectricibus flaveſcentibus, ſuperciliis luteis. *Faun. ſvec.* 264. *
Regulus non criſtatus. *Aldr. orn.* 2. *p.* 653. *t.* 654. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Rai. av.* 80. *n.* 10. *Alb. av.* 2. *p.* 55. *t.* 59. *f. A.* *Friſch. av.* - - *t.* 24. *f.* 2.
Aſilus. *Geſn. av.* 223. *Aldr. orn.* 2. *p.* 657. *Will. orn.* 164 *Briſſ. av.* 3. *p.* 479.
β. Motacilla Acredula. *Fn. ſvec.* 1. *n.* 237.
*Habitat in* Europa, Aſia, America.
*Conf.* Oenanthe fuſco-lutea minor. *Sloan. jam.* 2. *p.* 310. *Raj. av.* 186. *Catesb. car.* 1. *p.* 63. *t.* 63. *Edw. av.* 2. *p.* 142. *t.* 278. *f.* 1. *an magis flava e climate calidiore?*
Alæ *ſubtus ſulphureæ tectricibus*, *non remigibus.* Gula & *Pectus ex albo-flaveſcentes.*

## 115. PIPRA. *Roſtrum* capite brevius; baſi ſubtrigonum, integerrimum, apice incurvum. *Pedes* greſſorii.

**Rupicola.** 1. P. criſta erecta margine purpurea, corpore croceo, tectricibus rectricum truncatis.
Rupicola. *Briſſ. av.* 4. *p.* 437. *t.* 34. *f.* 1. *Edw. av. t.* 264. *f.* 2.
Gallus ferus ſaxatilis. *Barr. æqu.* 132.

*Ha-*

*Habitat in* Surinamo, Guiana.
*Magnitudo Columbæ. Tectrices caudæ elongatæ, truncatæ.*

Pareola. 2. P. criſta ſanguinea, corpore nigro, dorſo cæruleo.
Manacus criſtatus niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 459. *t.* 35. *f.* 1.
Parus dorſo cæruleo. *Edw. av.* 2. *p.* 169. *t.* 261. *f.* 1.
Tije-guacu. *Marcgr. braſ.* 312. *Will. orn.* 159.
*Habitat in* Braſilia, Cayana.

criſtata. 3. P. criſta lutea, corpore purpureo.
Manacus criſtatus ruber. *Briſſ. av.* 4. *p.* 462.
Avis picicitli. *Seb. muſ.* 1. *t.* 59. *f.* 4.
*Habitat in* Braſilia.

Rubetra. 4. P. criſta lutea, corpore teſtaceo, remigibus rectricibusque cæruleis.
Manacus criſtatus rufus. *Briſs. av.* 4. *p.* 461.
Avis americana criſtata Rubetra. *Seb. muſ.* 1. *t.* 102. *f.* 4.
*Habitat in* America.

albifrons. 5. P. criſta alba, corpore teſtaceo, dorſo nigro.
Manacus facie alba. *Edw. av.* - - - *t.* 344. *f. inferior.*
*Habitat* - - -
Corpus *teſtaceum uti Cauda & Uropygium.* Dorſum *Alæque nigræ.* Pileus *e criſta, decumbente alba.* Gula *alba, nigro marginata.* Femora *cæruleſcentia.*

erythrocephala. 6. P. nigra, capite armillisque fulvis.
Parus erythrocephalus. *Syſt. nat.* 10. *p.* 191.
Manacus auro-capillus. *Briſs. av.* 4. *p.* 448. *t.* 34. *f.* 2.
β. Manacus rubro-capillus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 450.
Tangaræ ſpecies 2. *Marcgr. braſ.* 215. *Will. orn.* 177. *Raj. av.* 84.
Avicula mexicana altera. *Seb. muſ.* 1. *t.* 60. *f.* 8.
*Habitat in* Braſilia, *frequens in Zea.*

Aureola. 7. P. nigra, capite pectoreque coccineis, remigibus antrorſum macula alba. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 32. *
Parus Aureola. *Syſt. nat.* 10. *p* 191.
Parus ruber & niger. *Edw. av.* 2. *p.* 109. *t.* 261.
Manacus ruber. *Briſſ. av.* 4. *p.* 452. *t.* 34 *f.* 3.
Avicula ſurinamenſis. *Pet. gaz.* *t.* 46. *f.* 12.
β. Manacus aurantius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 454.

Manacus niger & fulvus. *Edw. av.* 83. *t.* 83.
*Habitat in* America *auſtrali*.

leucocephala. 8. P. nigra, capite albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 33. *
*Habitat* Surinami.

leucocilla. 9. P. atra, pileo albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 33. *
Parus Pipra. *Syſt. nat.* 10. *p.* 190.
Manacus albo-capillus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 446. *t.* 35. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia, Surinamo, *in arundinetis egregie cantillans. Dahlberg.*

gutturalis. 10. P. nigra, gula alba.
Manacus gutture albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 444. *t.* 36. *f.* 1.
*Habitat in* America.

ſerena. 11. P. nigra, fronte alba, uropygio cyaneo, ventre fulvo.
Manacus alba fronte. *Briſſ. av.* 457. *t.* 36. *f.* 2.
*Habitat in* Cayana, Surinamo.

Manacus. 12. P. nigra, ſubtus alba, macula cervicis alarumque albis.
Manacus niger. *Edw. av.* 117. *t.* 260.
Manacus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 442.
*Habitat in* America.

minuta. 13. P. griſea, capite nigro albo-punctato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 34. *
Motacilla minuta. *Syſt. nat.* 10. *p.* 189.
*Habitat in* Indiis.

## 116. PARUS. *Roſtrum* integerrimum, baſi ſetis tectum.
## *Lingua* truncata, ſetis terminata.

bicolor. 1. P. capite criſtato antice nigro, corpore cinereo, ſubtus exalbido-rufeſcente.
Parus criſtatus. *Catesb. car.* 1. *p.* 57. *t.* 57. *Briſſ. av.* 3. *p.* 561.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Tempora circum oculos, Gula, Collum, Pectus, Abdomen rufeſcentia ſunt.*

criſtatus. 2. P. capite criſtato, collari nigro, ventre albo. *Faun. ſvec.* 266. *

Parus

Parus criſtatus. *Geſn. av.* 642. *f. med.* *Aldr. orn.* 2. *p.* 723. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 2. *Friſch. av.* - - *t.* 14. *f.* 2. *Briſs. av.* 3. *p.* 558.
*Habitat in* Europa.

major. 3. P. capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *Fn. ſvec.* 265. *
Parus major. *Geſn. av.* 640. *Bell. av.* 95. *a.* *Aldr. orn.* 2. *p.* 713. *Will. orn.* 174. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 44. *t.* 46. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 1, 2. *Olin. av.* 28. *Briſs. av.* 3. *p.* 539.
*Habitat in* Europa; *æſtate frequens in* Hiſpania.

americanus. 4. P. cæruleſcens, temporibus pectore dorſoque flaveſcentibus, hypochondriis purpuraſcentibus.
Parus fringillago. *Cateſb. car.* 1. *p.* 64. *t.* 64.
Ficedula carolinenſis cinerea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 522.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

cæruleus. 5. P. remigibus cæruleſcentibus: primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice cæruleo. *Fn. ſvec.* 267. *
Parus cæruleus. *Bell. av.* 96. *a.* *Geſn. av.* 641. *Aldr. orn.* 2. *p.* 721. *Will. orn.* 175. *Friſch. av.* 3. *t* 14. *f.* 1. *Raj. av.* 74. *Alb av.* 1. *t.* 47. *Briſs. av.* 3. *p.* 544.
*Habitat in* Europa.

atricapillus. 6. P. pileo gulaque nigris, corpore cinereo, ſubtus albo.
Parus atricapillus canadenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 553. *t.* 29. *f.* 1.
*Habitat in* Canada.

ater. 7. P. capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. *Faun. ſvec.* 268. *
Parus ater *Geſn. av.* 641. *Aldr. orn.* 2. *p.* 723. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 2. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 3.
Parus atricapillus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 551.
*Habitat in* Europa.

paluſtris. 8. P. capite nigro, dorſo cinereo, temporibus albis. *Fn. ſvec.* 269. *

Parus paluſtris. *Geſn. av.* 642. *Aldr. orn.* 2. *p.* 721. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 4. *Briſſ. av.* 3. *p.* 555.
*Habitat in* Europa.

virginianus. 9. P. uropygio luteo, corpore cinereo.
Parus uropygio luteo. *Catesb. car.* 1. *p.* 58. *t.* 58.
Parus virginianus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 575.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

peregrinus. 10. P. uropygio coccineo, corpore cinereo, ſubtus albo.
*Habitat* - - -
Corpus *magnitudine P. majoris, cinereum, ſubtus totum album.* Uropygium *coccineum.* Remiges *fuſcæ.* Rectrices *omnes nigræ, exceptis quatuor intermediis, poſtice oblique luteis, ita tamen ut luteus color prævaleat in* 55, *non vero in* 66.

caudatus. 11. P. vertice albo, cauda corpore longiore. *Fn. ſvec.* 83. *t.* 1. *f.* 83. *
Parus caudatus. *Geſn. av.* 642. *fig. infima. Aldr. orn.* 2. *p.* 715. *t.* 716. *Will. orn.* 176. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 8. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 1. *Friſch. av.* - - *t.* 14.
Parus longicaudus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 571.
*Habitat in* Europa.
*Cauda ſingulari methodo cuneiformis inæqualis. Briſſ.*

biarmicus. 12. P. vertice cano, cauda corpore longiore, capite barbato. *Faun. ſvec.* 84. *
Parus barbatus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 567. *Friſch. av.* - - *t.* 8.
Parus beardmanicus. *Alb. av.* 1. *p.* 40. *t.* 48.
Lanius minimus. *Edw. av.* 55. *t.* 55.
Pendulinus. *Kram. auſtr.* 373. *
*Habitat in* Europa.
*Cauda cuneiformis. Myſtaces e lori pennis nigris elongatis.*

Pendulinus. 13. P. capite ſubferrugineo, faſcia oculari nigra, remigibus rectricibusque fuſcis margine utroque ferrugineo.
Pa-

Affinitas *Parorum cum Laniis Picisque conſtat variis indiciis: quod Roſtrum validum, cultratum, baſi ſetis tectum, alimenta fruſtulatim devorans; quodque P. major incluſus caveis cerebra paſſerum extrahit; quibus accedit vox garrula modusque volandi. Kramer.* 380.

Parus polonicus ſ. Pendulinus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 565.
Parus minimus Remiz. *Titius lipſ.* 1755. *diſſertatio.*
Pendulinus. *Act. bonon.* 2. 2. *p.* 57. *t.* 7. *
Parus montanus. *Alb. av.* 3. *p.* 53. *t.* 59.
Remiz. *Raczynſk. polon.* 1. *p.* 294.
*Habitat in* Polonia, Hungaria, Italia: *ædificat nidum pendulum e pappo Populi Typhæque cum introitu laterali.*
*Convenit* Pendulinus *cum* biarmico *in plurimis*, (*an ſolo ſexu differant*) *conſentiente Kramero? uterque genere nimis affinis Laniis.*

Cela. 14. P. niger, roſtro albo, macula alarum baſique caudæ flavis.
*Habitat in* Indiis.

## 117. HIRUNDO. *Roſtrum* minimum, incurvum, ſubulatum, baſi depreſſum. *Rictus* capite amplius.

ruſtica. 1. H. rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. *Fn. ſvec.* 270. *
Hirundo domeſtica. *Geſn. av.* 548. *Aldr. orn.* 2. *p.* 658. *t.* 662. *c.* 6. *Jonſt. av.* 115. *t.* 42. *Will. orn.* 155. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 43. *t.* 45. *Friſch. av.* - - - *t.* 18. *f.* 1. *Briſs. av.* 2. *p.* 486.
*Habitat in* Europæ *domibus intra tectum*, *unaque cum urbica autumno demergitur*, *vereque emergit*; *dum volitat juxta terram ſ. aquam pluvias præſagit.*

eſculenta. 2. H. rectricibus omnibus macula alba notatis.
Hirundo nidis edulibus. *Bont. jav.* 66. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 72.
Capus marina. *Rumph. herb.* 6. *p.* 183. *t.* 75. *f.* 4. *Olear. muſ.* 25. *t.* 14. *f.* 2, 6.
Hirundo riparia cochinſinenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 510. *t.* 46. *f.* 2.
*Habitat in* China *ad ripas*, *nidis gelatinoſis eſculentis*, *factis e Molluſcis. Kæmpf. amœn.* 833.



Hirundines *in aëre piſcantur inſecta.*

urbica. 3. H. rectricibus immaculatis, dorſo nigro-cæruleſcente, tota ſubtus alba. *Fn. ſvec.* 271. * *It. œl.* 41.

Hirundo agreſtis ſ. ruſtica. *Geſn. av.* 564. *Aldr. orn.* 2. *p.* 693. *Will. orn.* 155. *Raj. av.* 71. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. A. Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 2.

*Habitat in* Europa, *extra domorum parietes ſub tecto, redit die* 1 *frondeſcentiæ: venit venit hirundo, pulchra tempora adducens & pulchros annos. Heſych. Nidificat mox; ſæpe Fringilla domeſtica occupat nidum confectum, at hirundo convocatis ſociis, dum aliæ cuſtodiant hoſtem captivum, aliæ argillam adducunt, introitum arcte claudit, avolat relicto hoſte ſuffocato.*

riparia. 4. H. cinerea, gula abdomineque albis. *Fn. ſvec.* 273. *

Hirundo riparia ſ. Drepanis. *Geſn. av.* 656. *Aldr. orn.* 2. *p.* 694. *t.* 695. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 3. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. B. Friſch. av.* - - *t.* 18. *f.* 2. *Briſſ. av.* 2. *p.* 506.

*Habitat in* Europæ *collibus arenoſis abruptis, foramine ſerpentino.*

purpurea. 5. H. violacea tota, cauda forficata.

Hirundo purpurea. *Cateſb. car.* 1. *p.* 51. *t.* 51. *Kalm. it.* 3. *p.* 88.

Hirundo apus carolinenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 515.

*Habitat in* America *ſeptentrionali ad domos; indicat Gallinis appropinquantes Accipitres.*

Apus. 6. H. nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis. *Fn. ſvec.* 272. *

Hirundo Apus. *Bell. av.* 100. *a. Geſn. av.* 166. *Aldr. orn.* 2. *p.* 698. *t.* 699. *Jonſt. av.* 119. *t.* 42. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 72. *n.* 4. *Alb. av.* 2. *p.* 51. *t.* 55. *Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 1. *Briſſ. av.* 2. *p.* 512.

*Habitat in* Europæ *altis. In terram decidens non evolat; capitur hamo Cicadæ inſerto. Bell.* 16. *Hybernat in Templorum foraminibus.*

*Rectrices huic decem.*

Subis. 7. H. nigro-cæruleſcens, ore ſubtusque cinereo-albida.

Hirundo cærulea canadenſis. *Edw. av.* 120. *t.* 120.

Hi-

Hirundo freti hudſonis. *Briſs. app.* 56.
*Habitat ad ſinum* Hudſonis.

ſenegalenſis. 8. H. nigra nitens, ſubtus rufa.
Hirundo ſenegalenſis. *Briſs. av.* 2. *p.* 496. *t.* 45. *f.* 1.
*Habitat in* Senegal.

Tapera. 9. H. rectricibus æqualibus, corpore nigricante, ſubtus albo.
Hirundo americana, Tapera. *Sloan. jam.* 2. *p.* 212. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 72. *Briſſ. av.* 2. *p.* 502. *t.* 45. *f.* 3.
Tapera. *Marcgr. braſ.* 205. *Raj. av.* 185.
*Habitat in* America.
Cauda *integra.* Alba *ſunt Gula, Criſſum, Rachis ſubtus remigum, Abdomen.*

Pelasgia. 10. H. rectricibus æqualibus apice nudo ſubulatis.
Hirundo, cauda aculeata, americana. *Cateſb. car.* 3. *p.* 8. *t.* 8. *Kalm. it.* 87. *Briſſ. av.* 2. *p.* 501.
*Habitat in* Americæ *caminis ædium.*
*Conf.* Hirundo martinicana. *Briſſ. av.* 2. *p.* 499. *t.* 45. *f.* 2.

Melba. 11. H. fuſca, gula abdomineque albis.
Hirundo riparia maxima. *Edw. av.* 27. *t.* 27. *Klein. av.* 83.
Hirundo major hiſpanica. *Briſſ. av.* 2. *p.* 504.
*Habitat ad fretum* Herculeum.

Pratincola. 12. H. femoribus ſeminudis.
Hirundo marina. *Aldr. orn.* 2. *p.* 696. *t.* 697. *Will. orn.* 156. *
Hirundo riparia. *Marſ. dan.* 5. *p.* 96. *t.* 46.
Pratincola. *Kram. auſtr.* 381. *t.* 1.
Glareola. *Briſs. av.* 5. *p.* 141. *t.* 12. *f.* 1.
Gallinula erythropus minor. *Geſn. av.* 513. *Aldr. orn.* 3. *p.* 454.
*Habitat ad littora* Europæ *auſtralioris; in* Auſtriæ *pratis apricis.*
Media *quaſi inter Hirundines & Grallas.* Corpus *ſupra brunneum, ſubtus album, magnitudine Turdi.* Gulam *dilute teſtaceam cingit linea nigra per oculos ad aures ducta.* Remiges *fuſcæ, longæ.* Cauda *fuſca, longa, maxime forficata.* Roſtrum *nigrum baſi coccineum.* Pedes *plumbei* (*Kram.*) *aut ſanguinei.* (*Briſſ.*)

**118. CAPRIMULGUS.** *Roſtrum* modice incurvum, minimum, ſubulatum, baſi depreſſum.
*Vibriſſæ* ad os ſerie ciliari.
*Rictus* ampliſſimus.
*Lingua* acuta, integerrima.

europæus. 1. C. narium tubis obſoletis. *Faun. ſvec.* 274. * *Penn. brit. I R.*
Hirundo cauda integra, ore ſetis ciliato. *Faun. ſvec. 1. n.* 248.
Caprimulgus. *Bell. av.* 28. *a. Geſn. av.* 242. *Aldr. orn.* 1. *p.* 567. *t.* 569. *Jonſt. av.* 53. *t.* 20. *Will. orn.* 70. *t.* 14. *Raj. av.* 26. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 10. *t.* 10. *Friſch. av. - - t.* 101 *Catesb. car.* 1. *p.* 8. *t.* 8. *Briſſ. av.* 2. *p.* 470. *t.* 44.
β. Caprimulgus minor americanus. *Catesb. car.* 3. *p.* 16 *t.* 16. *Edw. av.* 63. *t.* 63. *Kalm. it.* 3. *p.* 93.
*Habitat in* Europa & America. *Nocturna victitat Phalænis & inſectis nocturnis. Nidus orbiculatus e luto inter rupes. Carpere dicuntur lactantia viſcera roſtris. Ovid. faſt.* 6.
Varietatem β *judico ex macula alarum & rectricum, ut in europæa ave.*
Myſtaces *ex ſetis* 8, *pectinatim utrinque mandulæ ſuperiori inſertis, roſtro longioribus.* Mas *Remige* 2 & 3 *macula magna alba in medio. Rectrice* 1 & 2 *apice albo.*

americanus. 2. C. narium tubulis eminentibus.
Caprimulgus ſ. Noctua ſylvatica jamaicenſis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 255. *f.* 1. *Raj. av.* 180.
Caprimulgus jamaicenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 480.
Hirundo major ſubfuſca miſcella, macula alba ſphærica in utraque ala. *Brown. jam.* 467.
*Habitat in* America *calidiore, Nocturna.*
*Rectrices tantum decem, ut in præcedenti.*

*CLAS-*

---

Caprimulgus *genere differt ab* Hirundine, *uti* Strix *a* Falcone, Phalæna *a* Papilione; *Cauda conſtat rectricibus 10, Hirundinis vero 12. Unguis intermedius introrſum ciliatus; Digitus lateralis membranula medio annexus.* Aures *ampliſſimæ.*

## *CLASSIS III.*

# AMPHIBIA.

*Terribilia ſunt opera Tua, o Domine!*
*In multitudine virtutis Tuæ Te mentientur contemptores Tui.*

PESSIMA, tetra, nuda, frigida æſtuantium Animalia *Corde unilocularinniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA, pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Vita tenaci, Cute nuda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis Pulmonibus tantum, aliis etiam Branchiis *reſpirare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſcondüntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, peſſimorum peſſimo, in diverſis diverſo. Sunt autem hæc *Tela*

Amphibia *oſſibus cartilagineis, circulatione tardiore, veſiculis pulmonum majoribus, non tranſpirant diutius abſtemia.*

*la* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo affixa ſaniei, quam vulnere inflant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi.* Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit Indis *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, Americanis *Suem* cum *Senega*, Europæis *Ciconiam* cum *Olea.* Venenatos Serpentes *Marſii Pſyllique* Arabie & Americæ excantant *Ariſtolochiæ* Speciebus teſte *Jacquinio* & *Forſkohlio. vide Amoen. acad.* 6. *p.* 197.

Diagnosin, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*: ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. ſtockh.* 1752. *p.* 206,) ab ano utrinque Longitudo illuſtrat, & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata Cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmone (*) arbitrarii, latere etiam Branchiis, non liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis, ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine, Tetrodonte.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Cateſbæus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit. *Gronovius* & *Garden* verum horum numerum auxerunt.

CHA-

(*) Branchiæ *horum pectinatæ ut Piſcium, ſed adnatæ vaſi arcuato cylindrico tuboloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimiles, niſi externa figura;* Branchioſtegorum *piſcium propria ſtructura, eorum larvæ ſingulares, fœtus fere extra ovum, defectus pinnarum ventralium mihi perſvaſere literis, a D. D. Garden in America habitanti, petere, vellet diſſecare Diodontis reſpirationis organa & inquirere numne Pulmones haberent; ſtupefactus ipſe diſſecuit piſces, reperitque & Branchias externas, & pulmones internos quos deſcriptos & conſervatos remiſit, unde conſtitit eos annumerandos Nantibus.*

# CHARACTERES AMPHIBIORUM.

## I. REPTILES pedati, ſpirantes ore:

119. TESTUDO *Corpus Teſta munitum.*
121. DRACO *Corpus Alis volatile.*
122. LACERTA *Corpus (Teſta Aliſve) nudum, caudatum.*
120. RANA *Corpus ſimiliter nudum, ecaudatum.*

## II. SERPENTES apodes, ſpirantes ore:

123. CROTALUS *Scuta Abdominalia Caudaliaque cum Crepitaculo.*
124. BOA *Scuta Abdominalia Caudaliaque abſque Crepitaculo.*
125. COLUBER *Scuta Abdominalia; Squamæ Caudales.*
126. ANGUIS *Squamæ Abdominales Caudaleſque.*
127. AMPHISBÆNA *Annuli Abdominales Caudaleſque.*
128. COECILIA. *Rugæ nudæ laterales.*

## III. NANTES pinnati: ſpirantes etiam Branchiis lateralibus.

* *Spiracula compoſita ſ. plura.*

129. PETROMYZON *Spiracula* 7 lateralia.
130. RAJA *Spiracula* 5 ſubtus.
131. SQUALUS *Spiracula* 5 lateralia.
132. CHIMÆRA *Spiracula* 1 quadrifida.

* * *Spiracula ſolitaria.*

133. LOPHIUS *Pinn.* Ventrales 2. *Os* denticulatum.
134. ACIPENSER *Pinn.* Ventrales 2. *Os* edentulum.
139. CYCLOPTERUS *Pinn.* Ventrales 2. in orbiculum digeſtæ.
135. BALISTES *Pinn.* Ventrales 1. carinæ inſtar poſita.
136. OSTRACION *Pinn.* Ventrales o. *Corpus* lorica oſſea.
137. TETRODON *Pinn.* Ventrales o. *Abdomen* muricatum.
138. DIODON *Pinn.* Ventrales o. *Corpus* aculeatum.
140. CENTRISCUS *Pinn.* Ventrales x. *Corpus* ſpina loricatum.
141. SYNGNATHUS *Pinn.* Ventrales o. *Corpus* articulatum.
142. PEGASUS *Pinn.* Ventrales 2. *Roſtrum* ciliato-dentatum.

I. RE-

# I. REPTILES.

*Os reſpirans pulmonibus.*
*Pedes quatuor.*

## 119. TESTUDO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, teſta obtectum.
*Os* mandibulis nudis, edentulis.

**coriacea.** 1. T. pedibus pinniformibus muticis, teſta coriacea, cauda angulis ſeptem exaratis.
Teſtudo coriacea. *Vandell. ad Linn. Patav.* 1761. 4.
Teſtudo coriacea ſ. mercurii. *Rond. piſc.* 450. *Geſn. aqu.* 946.
*Habitat in* Mari mediterraneo, Adriatico *rarius.*
*Teſta non tecta ſcutellis, ſed corio, pluribus angulis dorſata.*

**imbricata.** 2. T. pedibus pinniformibus, teſta cordata ſubcarinata ſerrata: ſcutellis imbricatis, cauda ſquamata. *Gron. zooph.* 72.
*Bont. jav.* 82. Teſtudo ſquamata.
*Tetre antill.* 2. *p.* 229. *n.* 24. Caret.
*Raj. quadr.* 258. Teſtudo Caretta.
*Habitat in Mari* Americano, Aſiatico.
*Lamellæ artificum ex hac deſumuntur.*

**Mydas.** 3. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis, plantarum ſolitariis, teſta ovata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 138. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum duobus, plantarum unico.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo atra.
*Oſb. iter.* 293.
*Geſn. quadr.* 78. Teſtudo marina.
*Aldr. quadr.* 712. *t.* 714.
*Grew. muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 4?

*Olear.*

---

TESTA Teſtudinum *conſtat duabus laminis coadunatis: Superiore dorſali, coſtis inædificata, obtecta ſcutellis diſci* 13, marginis 24.
*Inferiore e ſterno explanato, antice obtuſo, poſtice emarginato, Suturis in ſcutella diviſo.* Apertura *teſtæ* anterior *pro capite & brachiis;* poſterior *pro cauda & femoribus.* Pedes *in marinis pinniformes, ſubmutici; in terreſtribus fiſſi, digitati aquarum dulcium, paludumque elephantini obtuſi indiviſi, ut terreſtres, unguibus* 5 - 4. *Similitudo ſtructuræ reddit harum diagnoſin difficiliorem.*

*Olear. muſ.* 27. *t.* 17. *f.* 1.
*Bradl. natur. t.* 4. *f.* 4.

β. *Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 9. Teſtudo marina americana Mydas dicta.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 137. Teſtudo eadem.
*Marcgr. braſ.* 241. Jurucuja braſilienſibus.
*Raj. quadr.* 256. *

γ. *Amœn. acad.* 1. *p.* 287. *n.* 7. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque ſolitariis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo eadem.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 79. *f.* 5, 6.
*Habitat ad inſulas* Pelagi: *inſulam* Adſcenſionis *&c. ova membranacea noctu in Arena calcarea rotunda defodit. Caro virideſcens, eſculenta; reſupinata in mare dormiens natat; incedit tot hominibus, quot ei inſiſtant; in terra reſupinata non erigitur. Teſta olim pro ſcutis, fornicibus.*
Varietas γ *videtur eſſe junior.* α *Teſta apice bifido. Cauda non teſtæ margine longior. Scutella dorſalia fere lævia, obſolete excavato-punctata.*

Caretta. 4. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, teſta ovata acute ſerrata.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 85. *n.* 69. Teſtudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.
*Brown. jam.* 465. Teſtudo unguibus utrinque binis acutis, ſquamis dorſi quinque gibbis.
*Catesb. car.* 2. *p.* 39. *t.* 39. Teſtudo Caretta Rocheſ.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 9.
*Habitat ad inſulas* Americanas.

orbicularis. 5. T. pedibus palmatis, teſta orbiculata planiuſcula.
*Habitat in meridionalibus* Europæ.
Teſta *parva integerrima orbiculata, nec antice nec poſtice emarginata.* Sternum *poſtice bifidum.* Pedum *digiti membrana connexi in plantam orbiculatam.*

ſcabra. 6. T. pedibus palmatis, teſta planiuſcula, ſcutellis omnibus intermediis dorſatis.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 69. *f.* 1, 2.
*Gron. zooph.* 74.
*Habitat in* India *orientali*; Carolina.

*Teſta*

*Teſtudines abſciſſo capite ſæpe 14 dies vivunt; hyeme in frigidioribus hybernant terreſtres. Nullum animal Teſtudine tardius; copula cohærent ſæpe per menſem.*

*Teſta lateribus ſubtus albo nigroque varia; dorſo carinata; antice retuſa; ſterno antice truncata. Pedes palmati unguibus acutis.*

lutaria. 7. T. pedibus ſubpalmatis, cauda corpore dimidio breviore, teſta planiuſcula: poſtice tribus ſcutellis carinata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 23. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque quaternis. *
*Raj. quadr.* 254. Teſtudo aquarum dulcium ſ. Lutaria.
*Habitat in* India, Oriente.
Palmæ *magis palmatæ*, plantæ *minus. Sternum poſtice truncatum.*

ſcorpioides. 8. T. pedibus ſubdigitatis, fronte calloſa triloba, cauda unguiculata.
*Habitat* Surinami.
Teſta *ovali-oblonga, nigra: Dorſo quaſi angulis* 3 *obſoletis. Scuta dorſalia figura clypeorum nobilium.* Caput *antice tectum callo, qui poſtice trilobus eſt.* Pedes 5 - 5 *unguibus acutis, ſed digitus plantarum extimus, muticus eſt.* Caudæ *apex armatus ungue incurvo.*

denticulata. 9. T. pedibus ſubdigitatis, teſta orbiculato-cordata margine eroſo.
*Habitat in* Virginia. *Muſ. De Geer.*
Teſta *magnitudine ovi Meleagridis, ſordide pelleſcens, antice retuſa, margine toto denticulata & quaſi eroſa, tecta ſquamis hexagonis ſcabris.* Cauda *pedibus brevior.* Pedes 5 - 4 *quaſi elephantini absque digitis diſtinctis.*

græca. 10. T. pedibus ſubdigitatis, teſta poſtice gibba margine laterali obtuſiſſimo, ſcutellis planiuſculis.
*Raj. quadr.* 243. Teſtudo terreſtris vulgaris.
*Habitat in* Africa, *terreſtris. Mares irati occurſantes lepide arietant, ut plagæ eminus audiantur.*
*Corpus caudatum, palmis unguibus* 5, *plantis vero* 4.

carolina. 11. T. pedibus digitatis, teſta gibba, cauda nulla.
Teſtudo pedibus digitatis calloſo-ſquamoſis, teſta ovali ſubconvexa, ſcutellis planis ſtriatis medio punctatis. *Gron. zooph.* 17. *n.* 77.

Teſtu-

Teſtudo teſſellata minor caroliniana. *Edw. av.* 205. *t.* 205.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 1. Teſtudo terreſtris major americana.
*Habitat in* Carolina.
*Palmæ pentadactylæ. Plantæ tetradactylæ.*

carinata. 12. T. pedibus digitatis, teſta gibboſa, ſcutellis dorſalibus quatuor anterioribus carinatis, ſterno integro.
*Habitat in* Calidis *regionibus*

geometrica. 13. T. pedibus poſticis palmatis, teſtæ ſcutellis elevatis truncatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum 5, plantarum 4.
*Worm. muſ.* 317. Teſtudo picta ſ. ſtellata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 24.
*Grew. muſ.* 36. *t.* 3. *f.* 1, 2. Teſtudo teſta teſſellata major.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 8, 3. Teſtudo minor amboinenſis.
*Piſ. braſ. t.* 105. Teſtudo nigricantibus & flaveſcentibus figuris geometricis.
*Raj. quadr.* 259. Teſtudo teſſellata minor.
*Habitat in* Aſia.
*Teſta valde gibba nigra ſcutellis flavis elevatis ſtriatis, radios flavos anaſtomoſantes emittentibus. Sternum poſtice acute emarginatum.*

puſilla. 14. T. pedibus ſubdigitatis, teſta hemiſphærica: ſcutellis convexis trapeziis margine ſtriatis diſco punctatis.
*Grew. muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 3. Teſtudo virginea.
*Worm. muſ.* 313. Teſtudo terreſtris puſilla ex India orientali.
*Edw. av. t.* 204. Teſtudo teſſellata minor africana.
*Raj. quadr.* 259. Teſtudo eadem.
*Habitat ad* Cap. b. ſpei. *Victitat ſtercoribus Gallinarum, Pane, Gramine.*
Teſta *ſuperior modice convexa, magnitudine vix manus, cincta intra marginem faſcia albida.* Scutella *diſci in medio elevato-punctata, quorum* 1 *&* 2 *ſubcarinata; reliqua minime. Teſta* inferior *ſubrubeſcens, antice integra, poſtice emarginata.* Cauda *brevis.* Palmæ *indiviſæ unguibus* 5; Plantæ *vix digitatæ unguibus* 4. *Brachia & femora nuda absque ſquamis.*

ſerpentina. 15. T. pedibus digitatis, teſta ſubcarinata: poſtice obtuſa acute quinque-dentata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 36. *
*Habitat in* Algiriæ, Chinæ *aquis dulcibus*, *mordet*, *natat.*
Caput *ſerpentis.* Cauda *longitudine totius teſtæ.*

## 120. RANA. *Corpus* tetrapodum, nudum, ecaudatum.

Pipa. 1. R. digitis anticis muticis quadridentatis, poſticis unguiculatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 49. Rana eadem.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 64.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 121. *t.* 77. *f.* 1 - 4. Bufo ſ. Pipa americana.
*Wagn. muſ.* 15. *t.* 7. Bufo maior ſurinamenſis.
*Vincent. pip.* 1726. *t.* 62. Bufo aquaticus ſurinamenſis.
*Bradl. nat. t.* 22. *f.* 1. Rana ſurinamenſis.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 41. *f.* 6.
*Habitat* Surinami.
*Pullos e dorſo nidulantes excludit.*

Muſica. 2. R. humeris gibbis punctatis.
*Habitat* Surinami *in aqua dulci*, *veſperi*, *perque totam noctem loquax*, *Muſica ſurinamenſis.*
Corpus *ſtatura Bufonis*, *ſed majus*, *lurido fuſcoque maculatum & verrucoſum.* Palpebra *ſuperior rugoſa*, *ſubverrucoſa.* Humeri *utrinque gibbo ovato*, *punctis pertuſo.* Femora *punctis eminentibus*, *ut etiam abdomen.* Palmæ *fiſſæ* 5. Plantæ *ſubpalmatæ* 5. Ungues *vix ulli.*

Bufo. 3. R. corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque. *Fn. ſvec.* 275. *
*Fn. ſvec.* 1. *n.* 253. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis palmatis: pollice breviore.
*It. oel.* 142.
*Geſn. piſc.* 807. Rubeta ſ. Phrynum.
*Jonſt. quadr.*
*Bradl. nat. t.* 21. *f.* 2.

Raj.

Palmæ *in plerisque Ranæ ſpeciebus fiſſæ tetradactylæ*, Plantæque *pentadactylæ palmatæ*, *rarius vero obſcure hexadactylæ.*

*Raj. quadr.* 252. Bufo ſ. Rubeta.
*Habitat in* Europæ *nemoroſis ruderatis umbroſis, imprimis Ucraniæ, ubi prædatur ab Erinaceis; qui ideo in domibus manſveſcunt, auctore Joh. du Fay; etiam devoratur a Falcone Buteone. Geſn. piſc.* 807. *Verrucæ lacteſcentes venenatæ infuſo, tactu, halitu. Delectatur Cotula, Actæa, Stachyde fœtidis. Vivipara, mare, ut fertur, obſtetricante. Inſecta in fauces faſcino revocat; nocturna, fodiens.*
*Paullini C. F. Bufo curioſus. Noriberg.* 1686. —

Rubeta. 4. R. corpore verrucoſo, ano obtuſo ſubtus punctato. *Fn. ſvec.* 276.
*Syſt. nat.* 37. *n.* 5. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis ſubpalmatis, ano ſubtus punctato.
*It. wgoth.* 261.
*Habitat in* Europa, *frequens poſt imbres, unde Rana cœlitus dimiſſa Rondeletio; Pullo Bufonis ſimilis.*

gibboſa. 5. R. corpore ovato-convexo: vitta longitudinali cinereo-dentata, pedibus fiſſis.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 286. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis fiſſis, pollice latiuſculo breviſſimo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48. Rana eadem.
*Habitat in* Exteris *regionibus.*

Bombina. 6. R. corpore verrucoſo, abdomine albido nigro-maculato, plica gulari. *Fn. ſvec.* 277.
Rana variegata. *Syſt. nat.* 1. *p.* 211.
*Habitat in* Scania, Germania. *Sonus boatum campanarum e longinquo.*
*Bufoni ſimilis ſed parva, nigra, ſupra undique punctis exaſperata, ſubtus albo flavove nigroque varia.* Pedes *mutici*; Palmis *tetradactylis fiſſis*; Plantis *pentadactylis palmatis.* *Ruga transverſa ſub collo.*

ventricoſa. 7. R. ore ſemiovato, jugulo prominulo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48. Rana eadem.
*Habitat in* Indiis.



*Penes Ranarum an verrucæ pollicis palmarum? Penis enim uterque in Teſtudine ad lumbos femorum, in Serpentibus ad anum: Ova Ranarum plane nuda ſunt.*

marina. 8. R. ſcapulis gibboſis, clunibus nodoſis.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 76. *f.* 1. Rana marina maxima.
*Habitat in* America.
Palmæ *tetradactylæ fiſſæ*; Plantæ *pentadactylæ ſubfiſſæ.*

typhonia. 9. R. auricularibus lobis ovatis.
*Habitat in* America, *clamitans nocte ſono cornicis tetro lucente. Rolander.*
Dorſum *rugis quatuor longitudinalibus, punctis elevatis, maculisque nigris.* Pedes *mutici.* Palmæ *tetradactylæ fiſſæ*; Plantæ *pentadactylæ palmatæ:* digitis *anguſtis: ſecundo longiſſimo, abſque unguibus orbiculatis.*

ocellata. 10. R. auribus ocellatis, pedibus muticis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 39. *
*Brown. jam.* 466. *t.* 41. *f.* 4. Rana maxima compreſſa miſcella.
*Kalm. it.* 3. *p.* 45. Rana halecina.
*Catesb. car.* 2. *p.* 72. *t.* 72. Rana maxima americana aquatica.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 76. *f.* 1.
*Habitat in* America.
*Ad aures macula ocellaris utrinque.* Palmæ *tetradactylæ fiſſæ*, Plantæ *pentadactylæ, ſubpalmatæ.*

cornuta. 11. R. palpebris conicis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48. Rana eadem.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 72. *f.* 1, 2. Bufo cornutus ſ. ſpinoſus virginianus.
*Habitat in* Virginia, *adſpectu horrenda.*

marginata. 12. R. lateribus marginatis, corpore lævi, plantis fiſſis.
*Muſ. Ad. Fr. p.* 47. Rana lateribus marginatis. *
*Habitat in* Indiis.

paradoxa. 13. R. femoribus poſtice oblique ſtriatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 40. *
*Syſt. nat.* 6. *p.* 36. *n.* 2. Lacerta cauda ancipiti, palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis palmatis, abdomine ventricoſo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 49. Rana-piſcis.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 78. *f. omnes.*
*Merian. ſurin.* 71. *t.* 71.
*Habitat* Surinami.

Larva

*Larva piſcem referens magnitudine cum ipſa Rana certat, unde* Rana -- piſcis *perperam effiéta a Meriana* & Seba.

tempora-ria. 14. R. dorſo planiuſculo ſubangulato. *Fn. ſvec.* 278. *
*Faun. ſvec.* 1. *n.* 250. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis palmatis: pollice longiore.
*It. ol.* 154. Rana temporaria.
*Geſn. ovip.* 46. Rana aquatica innoxia. *aquat.* 805.
*Aldr. ovip.* 89. Rana.
*Jonſt. quadr. t.* 75. *f.* 5, 6, 7, 8.
*Raj. quadr.* 247. Rana aquatica.
*Bradl. natur. t.* 21. *f.* 1.
*Habitat in* Europa; *garrula limoſis Rana coaxat aquis. Vere aquatica, æſtate terreſtris, victitat Culicibus. Devoratur ab Anatibus, Ardeis. Corde licet exemto ſalit.*

eſculenta. 15. R. corpore angulato, dorſo transverſe gibbo, abdomine marginato. *Faun. ſvec.* 279.
*Geſn. piſc.* 809. Rana gibboſa 4, 5.
*Rœſ. ran.* 51. *t.* 13. Rana viridis aquatica.
*Habitat in* Europæ *fontibus.*
Viridis *lineis* 3 *flavis: intermedia ab ore ad anum ducta.* Dorſum *transverſe gibboſo-diffractum.* Pedes *poſtici palmati. Mas auribus globoſo-inflatis. Cantu veſpertino frequentiore prædicit pluviam.*

arborea. 16. R. corpore lævi: ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis, unguibus orbiculato-dilatatis. *Fn. ſvec.* 180.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 135. Rana pedibus fiſſis; unguibus ſubrotundis, corpore lævi: pollice anguſtato.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 47. Rana eadem.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 63. Rana.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 73. *f.* 3. Rana braſilienſis gracilis.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 70. *f.* 4. Rana americana rubra.
*Geſn. piſc.* 808. Ranunculus viridis.
*Raj. quadr.* 251. Rana arborea ſ. Ranunculus viridis.
β. *Amœn. acad.* 1. *p.* 285. Rana pedibus fiſſis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: geniculis ſubtus tuberoſis.



* *Ranæ aquaticæ ovipara ſubeunt metamorphoſin, quaſi ex piſce in Lacertam, inde in Ranam tranſeunt.*

*Habitat ſub foliis arborum* Europæ, Americæ, *Muſcas in fauces revocans.*

boans. 17. R. corpore lævi: ſubtus punctis contiguis, pedibus palmatis: unguibus orbiculato-dilatatis.
*Habitat* Surinami.
*Cauda compreſſa, acuta, pallida faſciis fuſcis.*

253. Scytale. 240 — 13. A. *Amœn. acad.* 1. *p.* 296.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 21. *t.* 6. *f.* 2.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 4. Anguis. 227-14.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 2. *f.* 1, 2, 3, 4.
*t.* 7. *f.* 4.
*t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in* Indiis.
*Albida ſquamarum marginibus paſſim ferrugineis, faſciis fuſcis.*

262. Eryx. 126 — 136. A. *Gron. muſ.* 2. *p.* 35. *n.* 9.
*D. Schene mſſ.* 120-137. *miſit.*
*Habitat in* America, Anglia.
*Cinerea lineis tribus nigris; ſubtus cæruleſcens.*

270. fragilis. 135 — 135. A. *Faun. ſvec.* 289.
*Aldr. ſerp.* 245. Cæcilia vulgaris.
*Imperat. nat.* 916. Cæcilia geſneri.
*Raj. quadr.* 289. Cæcilia Typhlus.
*Habitat in* Europa.
*Hujus maxima fragilitas lepide explicata a Lemery in dictionario.*

350. ventralis. 127 — 223. A. *D. Garden.*
*Catesb. car.* 2. *p.* 59. *t.* 59. Cæcilia maculata.
*Habitat in* Carolina.
*Cinereo-virens, elevato-ſtriatus, vitta laterali nigra.* Abdomen *breve, quaſi ſutura cava annexum fuiſſet.* Cauda *verticillata, corpore triplo longior.*

## 127. AMPHISBÆNA. *Annuli* trunci caudæque.

230. fuliginoſa. 200 — 30. A. *Amœn. acad.* 1. *p.* 295.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 20.

*Gron.*

*Gron. muſ.* 2. *p.* 1. Amphiſbæna 209 - 25.
*Raj. quadr.* 288.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 1. *f.* 7.
*t.* 18. *f.* 2.
*t.* 22. *f.* 3.
*t.* 73. *f.* 4.
*t.* 100. *f.* 3.
1. *t.* 88. *f.* 3.
*Habitat in* America.
*Albo nigroque varia.*

239. alba. 223 — 16. A. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 26. *t.* 4. *f.* 2.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 24. *f.* 1.
*t.* 6. *f.* 4.
*Habitat in* Americæ *acervis formicarum.*
*Alba tota.*

## 128. CÆCILIA. *Rugæ* trunci caudæque. *Labium* ſuperius tentaculis 2.

135. tentaculata. * 135 — 0. C. *Amœn. acad.* 1. *p.* 489. *t.* 17. *f.* 2.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 19. *t.* 5. *f.* 2.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 1. *p.* 52.
*Seb. muſ.* 2. *p.* 26. *t.* 25. *f.* 2.
*Habitat in* America.

350. glutinoſa. 340 — 10. C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 19. *t.* 4. *f.* 1.
*Habitat in* Indiis.
*Fuſca, linea laterali albida.*

# III. NANTES.

*Branchiæ & Pulmones ſimul, arbitrarie reſpirantes.*
*Pinnæ radiis cartilagineis.*

## 129. PETROMYZON.

*Spiracula* VII ad latera colli. *Branchiæ* nullæ.
*Fiſtula* in vertice.
*Pinnæ* pectorales aut ventrales nullæ.

marinus. 1. P. ore intus papilloſo, pinna dorſali poſteriore a cauda diſtincta. *Fn. ſvec.* 292.
*Art. gen.* 64. *ſyn.* 90. Petromyzon maculoſus, ordinibus dentium circiter viginti.
*Bell. piſc.* 76. Muſtela ſ. Lampetra.
*Geſn. piſc.* 590. Muſtela ſ. Lampetra.
*Rond. piſc.* 398. *Will. icht.* 105. *Raj. piſc.* 35. Lampetra.
*Habitat in Mari* Europæo.

fluviatilis. 2. P. pinna dorſali poſteriori angulata. *Fn. ſvec.* 290. *Gron. zooph.* 159.
*Art. gen.* 64. *ſyn.* 89. *ſpec.* 99. Petromyzon unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, præter inferiores majores.
*Geſn. piſc.* 597. Lampredæ alterum genus.
*Salv. piſc.* 63. Pryck.
*Jonſt. piſc. t.* 24. *f.* 6. Pricka.
*Will. icht.* 106. *Raj. piſc.* 35. Lampetræ medium genus.
*Habitat in fluviis* Europæ.
*Adhæret ore; noctibus tenebricoſis cono cavo piſcatur.*

branchialis. 3. P. pinna dorſali poſteriore lineari, labio oris poſteriore latere lobato. *Fn. ſvec.* 292.
*Rond. piſc.* 202. *Geſn. piſc.* 598. *Gron. zooph.* 160. *Will. icht.* 104. *Raj. piſc.* 35. Lampetra parva & fluviatilis.

*Salv.*

Petromyzon *gaudet perfectioribus pulmonibus, quam reliqui ordinis, adeoque ſerpentibus propior, & fiſtula canalis deſcendit in pulmones.*

*Salv. piſc.* 63. Lampetra minor.
*Plot. oxon.* 184. *t.* 10. *f.* 6, 7.
*Habitat in aquis dulcibus* Europæ, *branchiis piſcium inhærens.*

## 130. RAJA. *Spiracula* V ſubtus ad collum. *Corpus* depreſſum. *Os* ſub capite.

* *Dentibus acutis.*

Torpedo. 1. R. tota lævis. *Art. gen.* 73. *ſyn.* 102. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 50. * *Gron. zooph* 153. *t.* 9. *f.* 3.
*Bell. piſc.* 89, 90. *Rond. piſc.* 358. *Salv. piſc.* 142.
*Geſn. piſc.* 988. *Raj. piſc.* 28. Torpedo.
*Kæmph. exot.* 509. *t.* 510. Torpedo.
*Habitat in Sinu* Perſico, M. Mediterraneo. *Iners, omnium injuriæ obnoxius ſe vindicat motu tremulo proprio. Act. haffn.* 5. *obſ.* 97. *Rhed. exper.* 53. *Kæmph. amœn.* 514. *Reaum. act.* 1714. *Hall. boerh.* 4. *p.* 13. *retardato ſpiritu præſervatur tangens.*
Corpus *ſupra maculis* 5 *atris orbiculatis* (*quæ non in Gronoviana varietate*;) *puncta pertuſa ſparſa in dorſo & ad margines dilatatos ordinata.* Cauda *utrinque carinata. Pinna caudæ obtuſiſſima, lobo ſuperiore paulo majore.*

Batis. 2. R. varia, dorſo medio glabro, cauda unico aculeorum ordine. *Art. gen.* 73. *ſyn.* 102.
*Gron. zooph.* 157. Raja dorſo dipterygio medio glabro, aculeorum ordine ſolitario ante pinnas dorſales, cauda gracili apice apterygio.
*Rond. piſc.* 346. *Geſn. piſc.* 791. *Raj. piſc.* 25. Raja undulata ſ. cinerea.
*Jonſt. piſc.* Raja undulata.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Corpus ſupra lituris nigris flexuoſis.*

Oxyrinchus. 3. R. varia, dorſo medio tuberculis, decem aculeatis. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101.
*Salv. piſc.* 149. Lævi-Raja.
*Geſn. piſc.* 792. *Will. icht.* 77. *Raj. piſc.* 26. Raja oxyrinchos major.

*Ha-*

*Habitat in M.* Mediterraneo *&* *O.* Europæo.
*Aculeus ante ſingulos oculos.*

Miraletus. 4. R. dorſo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 50.
*Gron. zooph.* 155. Raja dorſo dipterygio, aculeorum ordine ſolitario, cauda gracili pinnata, ordine aculeorum terno, roſtro ſubacuminato.
*Salv. piſc.* 150. Raja ſtellaris.
*Jonſt. piſc.* - *t.* 10. *f.* 4. Raja oculata.
*Will. icht.* 72. *Raj. piſc.* 27. Raja lævis oculata.
*Habitat in mari* Mediterraneo.
*Ocellus ſupra utramque alam.*

Fullonica. 5. R. dorſo toto aculeato, aculeorum ordine ſimplici ad oculos, duplici in cauda. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101.
*Rond. piſc.* 356. *Geſn. piſc.* 797. Raja fullonica.
*Will. icht.* 78. Raja fullonica; Raja aſpera.
*Raj. piſc.* 26. Raja aſpera.
*Habitat in M.* Europæo.

* * *Dentibus obtuſis.*

Aquila. 6. R. corpore glabro, aculeo longo ſerrato in cauda pinnata. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 100. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 51. *
*Salv. piſc.* 146. *Rond. piſc.* 338. *Bellon. piſc.* 97. *Geſn. piſc.* 75. Aquila marina.
*Raj. piſc.* 23. Aquila.
*Will. icht.* 64. Aquila.
*Columm. ecphr.* 1. *p.* 3. *t.* 2. Paſtinaca marina lævis altera oxypterydes.
*Habitat in Mari* Mediterraneo.

Paſtinaca. 7. R. corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda & dorſo apterygio. *Art. gen.* 71. *ſyn.* 100. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 51. *
*Bell. piſc.* 94. Paſtinaca marina lævis.
*Rond. piſc.* 331. *Salv. piſc.* 144. Paſtinaca.
*Geſn. piſc.* 679. Paſtinaca marina.
*Will. icht.* 67. Paſtinaca marina 1.
*Raj. piſc.* 24. Paſtinaca marina lævis.
β. Raja *Altavela* corpore glabro, aculeis duobus poſtice ſerratis in dorſo apterygio. *Syſt. nat.* 10. *p.* 232. *n.* 7.—

*Columm.*

*Column. aquat.* 4. *t.* 2. *Will. icht.* 65. *Raj. piſc.* 24. Paſtinaca marina altera pteryplateja ſ. Altavela.
*Habitat in* Europa. *Caudæ aculeus venenatus veteribus & recentioribus, fato Ulyſſis clarus. Cum aculeus quotannis renovetur, ſæpe alter exit, antequam alter decidit, unde duo interdum aculei, ut in β. Baſter.*

clavata. 8. R. aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa abdominali. *Art. gen.* 71. *ſyn.* 99. *ſpec.* 103. *Fn. ſvec.* 293. *It. wgoth.* 175.
*Gron. zooph.* 154. Raja dorſo dipterygio aculeis ſcabro, cauda ordine aculeorum ſolitario, ano pinnato, roſtro acuminato.
*Rond. piſc.* 353. *Geſn. piſc.* 795. Raja clavata.
*Will. icht.* 74. *Raj. piſc.* 26. Raja clavata.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Rhinobatos. 9. R. oblonga, unico aculeorum ordine in medio dorſo. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 99. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 52. *
*Gron. zooph.* 156. Raja dorſo dipterygio, aculeorum ordine ſolitario, cauda lata pinnata inermi, roſtro trigono productiore.
*Bell. piſc.* 78. *Geſn. piſc.* 903. Squato-Raja ſ. Rhinabatos.
*Salv. piſc.* 153. *Will. icht.* 79. *Raj. piſc.* 28. Rhinobatos ſ. Squatino-Raja.
*Habitat* Genuæ, Venetiis.

## 131. SQUALUS. *Spiracula* V ad latera colli. *Corpus* oblongum teretiuſculum. *Os* in anteriore capitis parte.

* *Dorſo ſpinoſo: pinna ani nulla.*

Acanthias. 1. S. pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, corpore teretiuſculo. *Art. gen.* 66. *ſyn.* 94. *ſpec.* 102. *Fn. ſvec.* 295. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 53. *It. wgoth.* 174.
*Rond. piſc.* 373. Galeus acanthias.
*Geſn. piſc.* 607. Galeus acanthias.
*Bellon. piſc.* 69. Muſtelus ſpinax.
*Salv. piſc.* 135. *f.* 136. Muſtelus ſpinax.
*Will. icht.* 56. Galeus acanthias ſ. ſpinax.

Raj.

*Raj. piſc.* 21. Galeus acanthias ſ. ſpinax.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Centrina. 2. S. pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, corpore ſubtriangulari. *Art. gen.* 67. *n.* 5. *ſyn.* 95. †
*Bellon. piſc.* 63, 64. Vulpecula.
*Rond. piſc.* 384. Centrina.
*Salv. piſc.* 156-158. Centrina.
*Geſn. piſc.* 609. Centrina.
*Will. icht.* 58. Centrina.
*Raj. piſc.* 21. Centrina.
*Habitat in Mari* Mediterraneo.
*Pinna dorſi anterior ſpina antrorſum radios decuſſante, poſterior retrorſum.*

Spinax. 3. S. pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, naribus terminalibus. *Art. gen.* 67. *ſyn.* 95. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 49. * *Fn. ſvec.* 296.
*Will. icht.* 57. Galeus acanthias ſ. ſpinax fuſcus.
*Raj. piſc.* 21. Galeus acanthias ſ. ſpinax fuſcus.
*Edw. av.* 2. 288. Muſtelus Spinax.
*Gunn. act. nidroſ.* 2. *p.* 213. *t.* 7, 8. Squalus niger.
*Habitat in* Europa.
*Nares in apice capitis. Foramen ante oculos. Spina ante utramque pinnam dorſalem. Abdomen atrum. Penes retrorſum imbricati, ut in Rajis. Gunnerus.*

Squatina. 4. S. pinna anali nulla, caudæ duabus, ore terminali, naribus cirroſis. *Art. gen.* 67. *n.* 6. *ſyn.* 95. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 49. *
*Gron. zooph.* 151. Squalus capite plagioplateo lato, ore in apice capitis, naribus cirroſis.
*Bellon. piſc.* 78. Squatina.
*Rondel. piſc.* 367. Squatina.
*Geſn. piſc.* 899. Squatina.
*Will. icht.* 79. Squatina.
*Raj. piſc.* 26. Squatina.
*Habitat in* Oceano Europæo.
*Media inter Squalos & Rajas, ore in apice capitis, nec ſubtus. Caput retuſum, ſupra os fornicatum. Cirri duo, breves utrinque ad nares.* P. *Caudæ duæ.*
* * *Dor-*

Squali *vivipari ſunt, foramine in ore aperto, pone utrumque oculum; noctu ſplendent, naves ſequuntur, in Indias ut cadaveribus ſatientur reſupinati vorant: Affert moram providentia naturæ, qui niſi reſupini atque converſi, non corripiunt.* Plin. IX: 8.

** *Dorſo mutico; dentibus acutis; cum pinna ani.*

Zygæna. 5. S. capite latiſſimo transverſo malleiformi. *Art. gen. 67. ſyn. 96. Muſ. Ad. Fr. 1. p. 52.* *
*Bell. piſc.* 60. Zygæna ſ. Libella.
*Rondel. piſc.* 389. Zygæna.
*Geſn. piſc.* 1050. Zygæna.
*Salv. piſc.* 128. Libella.
*Will. icht.* 55. Zygæna.
*Raj. piſc.* Zygæna.
*Habitat in* Europa, America.

Tiburo. 6. S. capite latiſſimo cordato.
*Will. icht.* 55. Zygænæ affinis, capite triangulo.
*Marcgr. braſ.* 181. Tiburonis ſpecies minor.
*Habitat in* America, *præcedenti affinis; an mera varietas?*

Galeus. 7. S. naribus ori vicinis, foraminibus ad oculos. *Art. gen. 68. n. 9. ſyn. 97.*
*Rond. piſc.* 377. Galeus canis.
*Geſn. piſc.* 167. Galeus canis.
*Salv. piſc.* 130. Canis galeus.
*Will. icht.* 51. Canis galeus.
*Raj. piſc.* 20. Canis galeus.
*Habitat in Oceano* Europæ.
*Nares ante & juxta os, ſubtus antice lobo membranaceo clauſiles.*

Canicula. 8. S. varius inermis, pinna ani medio inter anum caudamque pinnatam. *Art. gen. 68. ſyn. 97.*
*Osbeck. iter.* 70. Squalus conductus.
*Rond. piſc.* 380. Canicula ariſtotelis.
*Geſn. piſc.* 168. Canicula ariſtotelis.
*Salv. piſc.* - - Catulus major.
*Will. icht.* 62. *Raj. piſc.* 22. Catulus major vulgaris.
*Habitat in Oceano* Europæ.

ſtellaris. 9. S. varius inermis, pinnis ventralibus diſcretis, dorſalibus caudæ proximis. *Art. gen. 69. ſyn. 97. Gron. zooph. 145. muſ. 2. n. 200.* †
*Will. icht.* 63. Catulus maximus.
*Raj. piſc.* 22. Catulus maximus.
*Habitat in* Oceano Europæ.
*Speciem eandem cum* S. canicula *ſtatuit Gronovius.*

10. S.

Catulus. 10. S. dorſo ocellato mutico, pinnis ventralibus concretis, dorſalibus caudæ approximatis, capite punctato. *Art. gen.* 69. *ſyn.* 97. *Gunn. act. nidroſ.* 2. *p.* 235. *t.* 1, 2.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 199. Squalus idem.
*Salv. piſc.* 137. Catulus minor.
*Will. icht.* 34. Catulus minor.
*Raj. piſc.* 22. Catulus minor vulgaris.
*Habitat in* Oceano Europæ.
*Corpus ſupra lineam lateralem maculis ocellaribus. Caput punctis pertuſis, ordine digeſtis. Foramen pone oculos. Pinna Dorſalis prior ſupra Ani regionem. Pinnæ anales duæ, alternæ. Hepatis eſus venenatus, Sauv. noſol.* 2: 1. *p.* 421.

maximus. 11. S. dentibus caniciis, pinna dorſali anteriore majore. *Gunner. Act. nidroſ.* 3. *p.* 33. *t.* 2. *
*Habitat in* Oceano Arctico, *victitans Meduſis. Gunn.*
*Corpus magnitudine certans cum Balænis, ſimillimum S. Carchariæ, ſed absque foraminulo ante aut poſt oculos. Pinna ani parva, paulo poſt regionem P. dorſalis poſterioris.*

Carcharias. 12. S. dorſo plano, dentibus ſerratis. *Art. gen.* 70. *ſyn.* 98.
*Gron. zooph.* 143. Squalus capite ſubdepreſſo, roſtro ſubacuto, pinnis pectoralibus maximis.
*Geſn. piſc.* 173. *Will. icht.* 47. *Raj. piſc.* 18. Canis Carcharias ſ. Lamia.
*Gunn. act. nidroſ.* 2. *p.* 370. *t.* 10, 11. Squalus Carcharias.
*Habitat in* Europa.
*Jonam Prophetam, ut veteres Herculem trinoctem, in hujus ventriculo triduí ſpatio, hæſiſſe veroſimile eſt. Pinnæ Dorſales lanceolatæ, inermes; priore fere in medio Dorſi. P. Pectorales maximæ. P. Analis nulla. P. Caudalis biloba. Dentes 6 ordinum. Pupilla longior anguſta. Chagrin officinarum.*

** *Dentibus granulatis.*

Muſtelus. 13. S. dentibus obtuſis. *Art. gen.* 66. *ſyn.* 93.
*Gron. zooph.* 142. Squalus roſtro ſubacuto, corpore ſubrotundo, dorſo unicolore fuſco, pinnis pectoralibus curtis.

*Geſn.*

*Geſn. piſc.* 608. *Rond. piſc.* 375. Galæus lævis.
*Salv. piſc.* 135, 137. Muſtelus lævis.
*Will. icht.* 60. *Raj. piſc.* 22. Muſtelus lævis primus.
*Habitat in* Europa.

glaucus. 14. S. foſſula triangulari in extremo dorſo, foraminibus nullis ad oculos. *Art. gen.* 69. *n.* 13. *ſyn.* 98.
*Rond. piſc.* 378.
*Geſn. piſc.* 609.
*Will. icht.* 49. Galeus glaucus.
*Raj. piſc.* 20. Galeus glaucus.
*Habitat in* Oceano Europæo.
*Speciem eandem cum* Muſtelo *facit Gronovius.*

Priſtis. 15. S. pinna ani nulla, roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato.
*Art. gen.* 66. *ſyn.* 93. *Fn. ſvec.* 297. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 52. Squalus roſtro longo cuſpidato oſſeo plano utrinque dentato.
*Bellon. piſc.* 66. Serra marina.
*Rond. piſc.* 487. Priſtis.
*Cluſ. exot.* 136. Priſtis ſ. Serra piſcis.
*Will. icht.* 61. *Raj. piſc.* 24. Priſtis ſ. Serra piſcis.
*Habitat in* O. Europæ.

## 132. CHIMÆRA. *Spiracula* ſolitaria, quadripartita, ſub collo.
*Oris* labium ſuperius quinque partitum.
*Dentes* primores inciſores, bini ſupra infraque.

monſtroſa. 1. C. roſtro ſubtus plicis pertuſis. *Fn. ſvec.* 294. *Gunn. act. nidroſ.* 2. *p.* 270. *t.* 5, 6.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 53. *t.* 25. Chimæra.
*Art. gen.* 68. Squalus cauda longiore quam ipſum corpus.
*Cluſ. exot.* 136. *t.* 137. Genus Galei.
*Will. icht.* 57. Galeus acanthias cluſii.
*Raj. piſc.* 23. Galeus acanthias.
*Ström. ſöndm.* 289. Vulpecula.
*Habitat in Mari* Atlantico, *nocturna; viſitat Conchiliis in Abyſſo.*

Corpus *teretiuſculum*, *læve*, *flaveſcens*. Caput *venoſum punctis excavatis*, *concatenatis*, *communicantibus*. Oculi *grandes*. Maxilla ſuperior *Dentibus* 2 *inciſoriis* & 2 *molaribus trigonis interioribus*. M. inferior *lamellis* 2 *oſſeis*. Spiracula *ſolitaria*, *intus quadrifida*. Pinna Dorſalis *prior triangularis*, *ſerrata*. *P. Dorſalis poſterior humilis*, *fere ad caudam extenſa*. Cauda *corpore ſesquilongior*, *lanceolata*, *ſubtus pinnata*, *deſinens in filum*. Mas *penibus* 2, *habet in capitis vertice cirrum breviſſimum*, *apice penicilliformi cincto aculeolis*, & *in Abdomine ante pinnas ventrales pedicellos* 2 *breviſſimos unguiculatos*.

Callorynchus. 2. C. roſtro ſubtus labro inflexo lævi.
*Gron. muſ.* 59. *n.* 130. *t.* 4. Callorynchus.
*Freſier. itin.* 1. *p.* 211. *t.* 17. *f.* 4. Pejegallo.
*Habitat in Mari* Æthiopico, Chilli.

133. LOPHIUS. *Spiracula* ſolitaria, pone brachia.
*Dentes* plurimi, minuti.
*Pinnæ* pectorales brachiis inſidentes.
*Branchiæ* tres tantum. *Arted.*

piſcatorius. 1. L. depreſſus, capite rotundato. *Fn. ſvec.* 298.
*Art. gen* 63. *ſyn.* 87. Lophius ore cirroſo.
*It. ſcan.* 327. Lophius ore cirroſo.
*Muſ. Ad. Fr.* 55. Lophius ore cirroſo.
*Strim. ſönd.* 271. Lophius B. 6. D. 11. P. 26. V. 5. A. 10. C. 6.
*Barlac. cornub.* 265. *t.* 27. *f.* 3, 6. Rana piſcatrix.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 57. Lophius ore cirroſo.
*Charl. onom.* 199. *t.* 201. Rana piſcatrix.
*Olear. muſ.* 37. *t.* 23. *f.* 4. Rana piſcatrix.
*Habitat in* Oceano Europæo, *ſub lapidum fornicibus.*
*Pinnæ D.* 10. *P.* 24. *V.* 5. *A.* 9. *C.* 8.
*Caput corpore majus. Piſcatur tentaculis binis capitis tamquam lineis piſcatoriis.*
Confer. *Act. angl.* 1764. *n.* 53. *p.* 170. *t.* 13.

Veſpertilio. 2. L. depreſſus, capite roſtrato.
*Art. ſyn.* 88. Lophius fronte unicorni.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 55. Lophius fronte unicorni.
*Edw. av.* 2. *t.* 283. *f.* 1.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 129. Lophius fronte unicorni.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 118. *t.* 74. *f.* 2. Rana piſcatrix americana.
*Marcgr. braſ.* 143. Guacu-cuja.
*Raj. piſc.* 30. Guacu-cuja.
*Habitat in* Oceano Americano.
*Pinnæ D.* 5. *P.* 10. *V.* 6. *A.* 0. *C.* 15.
Confer. *Brown. jam.* 157. *t.* 48. *f.* 3. *differens capite retuſo. Gron. zooph.* 210. *cui D.* 12. *P.* 10. *V.* 6. *A.* 0. *C.* 9.

hiſtrio. 3. L. compreſſus.
*Chin. Lagerſtr.* 21. Lophius pinnis dorſalibus tribus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 56. Baliſtes ſ. Guaperua chinenſis.
*It. wgoth.* 137. *t.* 3. *f.* 5. Baliſtes ſ. Guaperua.
*Marcgr. braſ.* 150. Guaperua.
*Pet. gaz. t.* 20. *f.* 6. Piſcis braſ. cornutus.
*Will. icht.* 50. *t. E.* 2. *f.* 2. Guaperua.
*Osb. iter.* 305. Lophius tumidus.
*Habitat in* Pelago *inter Fucum natantem.*
*Pinnæ D.* 1, 1, 12. *P.* 10. *V.* 5. *A.* 7. *C.* 10.

## 134. ACIPENSER. *Spiracula* lateralia ſolitaria, linearia.
*Os* ſub capite, retractile, edentulum. *Cirri* ſub roſtro, ante os.

Sturio. 1. A. cirris 4; ſquamis dorſalibus 11. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 18. *f.* 2. *Fn. ſvec.* 299.
*It. ſcan.* 187. Acipenſer.
*Art. gen.* 65. *ſyn.* 91. Acipenſer corpore tuberculis ſpinoſis aſpero.
*Faun. ſvec.* 27. Acipenſer idem.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 42. Accipenſer idem.
*Habitat in Mari Europæo.*
*Pinnæ D.* 31. *P.* 30. *V.* 19. *A.* 24. *C.* 24.
*Severi imp. ævo a coronatis miniſtris, præeunte tibicine, ad epulas adſportabatur.*

ruthenus. 2. A. cirris 4, ſquamis dorſalibus 15. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 27. *f.* 2. & *t.* 28. *f.* 1. *Fn. ſvec.* 300.

*Faun. ſvec.* 272. Acipenſer ordinibus 5 ſquamarum oſſearum: intermedio oſſiculis 15.
*Brun. it.* 93. *t.* 33. Strelet.
*Habitat in* Rutheno; *introductus a Rege Friderico I in* Mælerum *Sveciæ.*
*Ova hujus & Huſonis pro Garo Cavear dicto.*

Huſo. 3. A. cirris 4, ſquamis dorſalibus XIII, caudalibus XLIII.
*Art. gen.* 65. *ſyn.* 92. Acipenſer tuberculis carens.
*Kram. auſtr.* 385. Acipenſer corpore tuberculis obſito, roſtro obtuſo, oris diametro roſtri longitudinem ſuperante.
*Habitat in* Danubio, Wolga *fluviisque aliis Imperii* Ruthenici. *Corium pro lineis curruum præſtantiſſimum; ab eo Ichthyocolla præparatur & ex ovis Garum conficitur.*
*Corporis oſſea tubercula ſenioribus evaneſcunt; junioribus dorſalia* 13, *lateralia utrinque* 43. *Kr.*

135. BALISTES. *Caput* compreſſum.
*Dentes* utriusque 8; horum anteriores 2 longiores.
utrinque 3 interiores, intra totidem laterales, adpreſſi.
*Apertura* ſupra pinnas pectorales.
*Corpus* compreſſum ſquamis corio coadunatis. *Abdomen* carinatum.

Monoceros. 1. B. pinna capitis uniradiata, radiis caudalibus carinatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 53. * D.1,46.P.14.V.0.A.50.C.12.
*Osb. iter.* 110. Baliſtes Monoceros. D.1,47.P.13.V.0.A.51.C.12.
*Catesb. car.* 2. *t.* 19. Unicornu piſcis bahamenſis.
*Habitat in* Aſia, America.

*Cari-*

Apertura *Branchiarum abſque membrana evidenti, in Baliſte, Oſtracione, Tetrodonte, Diodonte, eſt rima abſque operculo.*

*Carina abdominis intra cutem, ſed ad apicem denticulis reverſis 4 tranſverſe poſitis. Spina verticis poſtice aculeis duplicis ordinis nutantibus.*

hiſpidus. 2. B. pinna capitis uniradiata, roſtro ſubulato, pinna caudæ ocello nigro. D.1,30.P.14.V.1.A.29.C.12.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 106. *t.* 34. *f.* 2. Baliſtes varius dorſo monocantho, roſtro ſuillo, macula nigra in externa cauda.
*Habitat in* Carolina. *D. Garden.*
Corpus *hiſpidum, verſus caudam ſetis exaſperatum.* Spina *capitis inter oculos ſita ſubdecumbens.* Membranæ *omnium pinnarum ad baſin foramine inter radios biantes.* Roſtrum *ſubſubulatum.* ***Pinn.*** ventralium *loco ſpina ſerrata acuta.*

tomentoſus. 3. B. pinna capitis biradiata, corpore poſterius ſubvilloſo. D.$\frac{1}{2}$,29.P.10.V.0.A.27.C.--
*Gron. muſ.* 1. *n.* 114. *t.* 6. *f.* 5. Baliſtes aculeis dorſi 2, lateribus verſus caudam hirſutis.
*Cluſ. exot.* 143. *Raj. piſc.* 47. Monoceros piſcis.
*Marcgr. braſ.* 154. Pira-aca.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 18, 19.
*Habitat in* America.

papilloſus. 4. B. pinna dorſali anteriore biradiata, corpore papilloſo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 54. * D.$\frac{1}{2}$,29.P.13.V.0.A.21.C.12.
*Habitat* - - -

verrucoſus. 5. B. pinna dorſali anteriore triradiata, cauda ordine triplici verrucarum. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 4. D.3,24.P.13.V.0.A.21.C.12.
*Habitat in* India.

*Pinnæ* ventralis *loco radius magnus, craſſus, verrucoſus.* Aculei *ad latus caudæ circiter* 25, *quadruplici ordine diſpoſiti, parvi, reverſi; adeoque varietatem ſequentis facit D. Gronovius.*

aculeatus. 6. B. pinna dorſali anteriore triradiata, caudæ lateribus ſpinis recumbentibus.
*It. wgoth.* 138. Oſtracion compreſſus, faſciis nigris, cauda lateribus muricata D.3,24.P.13.V.0.A.21.C.12.
*Gron. zooph.* 188. Baliſtes roſtro ſubobtuſo, radio dorſali antrorſum ſerrato, ventrali humili ſcabro. D.2.P.--V.1.A.22.C.--
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 15, 15.
*Habitat in* India.
*Simillimus priori ſtatura & radiis; differt colore, ſed imprimis nota illa ſingulari, quod ad latera caudæ utrinque notetur quadruplici circiter ordine ſpinarum recumbentium; cum præcedens eodem loco verrucas rotundas ſcabras gerat.*

Vetula. 7. B. pinna dorſali anteriore triradiata, ventrali longitudinali, caudali bifida. D.3,30.P.16.V.16.A.28.C.12.
*Catesb. car.* 2. *p.* 22. *t.* 22. Turdus oculo radiato.
*Art. gen.* 53. *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis dorſi tribus, cauda bifurca. D.3,30.P.15.V.17.A.27.C.12.
*Osbeck. iter.* 294. Baliſtes Vetula. D.3,30.P.14.V.12.A.28.C.12.
*Gron. zooph.* 195. Baliſtes oſſiculis lateralibus caudæ & anticis pinnæ dorſalis poſterioris filamentoſis.
*Brown. jam.* 456. Baliſtes major faſciata, dorſo triacantho, cauda bifurca: radiis exterioribus longiſſimis.

*Seb.*

*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 14.
*Habitat ad inſulam* Aſcenſionis.
*E* Carolinæ *eandem D. Garden.* D.3,27.P.14.V.14.A.25.C.12.
Pinna ventralis *longitudinalis*, *quaſi carinata*, *huic ſpeciei propria.*

ringens. 8. B. pinna dorſali anteriore triradiata, lateribus capitis triplicatis, cauda bifida. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 58. D.3,29.P.15.V.0.A.26.C.12.
*It. wgoth.* 139. Oſtracion compreſſus rufeſcens, pinnæ dorſalis radio longo retrorſum dentato. D.3,30.P.10.V.0.A.26.C.10.
*Osbeck. itin.* 295. Baliſtes nigra. D.2,34.P.16.V.0.A.31.C.13.
*Gron. zooph.* 195. Baliſtes roſtro obtuſo, radio dorſali ventralique brevi retuſo ſcabro: lateribus parallele punctatis. D.2,28.P.--V.1.A.25.C.-
*Habitat ad inſ.* Aſcenſionis.

136. OSTRACION. ***Caput:*** ***Dentes*** utrobi 10 porrecti, teretes, obtuſiuſculi.
***Apertura*** linearis.
***Corpus*** oſſe integro loricatum.
***Pinnæ ventrales*** nullæ.

triqueter. 1. O. trigonus muticus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 60. Oſtracion polyodon inermis triqueter. D.10.P.12.V.0.A.10.C.10.
*Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens. D.10.P.12.V.0.A.10.C.10.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 6, 12.
*Habitat in* India.

Dorſum *quaſi rhombis transverſe diſſectis tectum, margine repandum.*

trigonus. 2. O. trigonus ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis XIV.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, limbis figurarum hexagonarum eminentibus, aculeis 2 in imo ventre.
*It. ſcan.* 160. Oſtracion polyodon tetragonus, abdomine pone bicorni. D. 14. P. 10. V. 0. A. 9. C. 7.
*Habitat in* India.

bicaudalis. 3. O. trigonus, ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis decem.
*Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, tuberculis hexagonis radiatis, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 12. V. 0. A. 10. C. 10.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 3.
β. *Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus totus maculoſus ac tuberculoſus, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 11. V. 0. A. 10. C. 10.
*Habitat in* India.
*Varietatem prioris putat Gronovius.*

tricornis. 4. O. trigonus, ſpinis frontalibus duabus, dorſali unica.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, aculeis 2 in capite & unico longiore ſuperne ad caudam.
*Edw. av.* 3. *p.* 158. *t.* 284. *f.* 1.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 9.
*Habitat in* India.

5. O.

quadricornis. 5. O. trigonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque binis.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, 2 aculeis in fronte & totidem in imo ventre. D.10.P.11.V.0.A.10.C.10.
*Edw. av. t.* 284. *f.* 1.
*Habitat in* India, Guinea.

cornutus. 6. O. tetragonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque binis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion poloydon tetragonus, antice poſtice dorſoque ſpinoſus. D.9.P.10.V.0.A.9.C.10.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 118. Oſtracion quadrangularis, aculeis 2 in fronte & totidem in imo ventre. D.11.P.9.V.0.A.--C.5.
*Will. icht. t. J.* 13. *f.* 1. Piſcis cornutus. *Bont. jav.* 79.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 8, 13.
*Habitat in* India.

tuberculatus. 7. O. tetragonus muticus, tuberculis dorſalibus 4.
*Art. gen.* 55. *ſyn.* 84. Oſtracion quadrangulus, tuberculis 4 majoribus in dorſo.
*Habitat in* India.

gibboſus. 8. O. tetragonus muticus gibboſus.
*Art. gen.* 55. *ſyn.* 83. Oſtracion quadrangulus gibboſus.
*Habitat in* Africa.
*Varietatem ſpeciei* 1 *credit Gronovius.*



Species *hujus generis dubiæ ob* ſexus *differentias, non ſunt notas, ideoque forte multiplicatæ.*

cubitus. 9. O. tetragonus muticus, lateribus planiuſculis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion polyodon tetragonus inermis. D. 9. P. 10. V. 0. A. 10. C. 10.
*It. wgoth. p.* 138. nomen Artedii. D. 10. P. 8. V. 0. A. 9. C. 10.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion quadrangulus, maculis variis plurimis. D. 9. P. 10. V. 0. A. 8. C. 10.
*Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 2.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 4, 5.
*Habitat in* India.

137. TETRODON. *Caput: Maxillæ* oſſeæ, porrectæ, apice bipartitæ.
*Apertura* linearis.
*Corpus* ſubtus muricatum.
*Pinnæ ventrales* nullæ.

teſtudineus. 1. T. abdomine plano læviore, dorſo ſuturis curvis albis picto.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion oblongus glaber, corpore figuris variis ornato. D. - - P. 14. V. 0. A. 6. C. 9.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 309. *t.* 14. *f.* 3. idem. D. 6. P. 14. V. 0. A. 6. C. 9.
*Habitat in* India.
Corpus *ſupra ſcabriuſculum, ſubtus punctis pertuſum, intra quæ aculei latent.*

lagocephalus. 2. T. abdomine aculeato, corpore lævi, humeris prominentibus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion tetraodon ventricoſus, abdomine muricato. D. 10. P. 18. V. 0. A. 8. C. 10.
*Art. gen.* 58. *ſyn.* 86. Oſtracion cathetoplateo-ob-

lon-

longus, ventre tantum aculeato & ſubrotundo.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 310. *t.* 14. *f.* 4. idem. D. 9. P. 17. V. o. A. 9. C. 7.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 120. *zooph.* 183. Oſtracion catheto-plateus tetraodon compreſſus maculoſus ſcaber. D. 9. P. 16. V. o. A. -- C. --
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 5. D. 10. P. 15. V. o. A. 13. C. 12.
*Habitat in* India.

lineatus. 3. T. faſciis longitudinalibus fuſcis pallidisque. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 55. * D. 11. P. 18. V. o. A. 9. C. 11.
*Haſſelq. itin.* 400. Tetraodon Fahaca. D. 12. P. 21. V. o. A. 9. C. 11.
*Habitat in* Nilo.
*Aculei abdominis venenati pungunt, quaſi urticatione.*

ocellatus. 4. T. faſcia humerali ocellata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 55. D. 14. P. 18. V. o. A. 12. C. 7.
*Osbeck. itin.* 226. Diodon ocellatus. D. 15. P. 18. V. o. A. 11. C. 8.
*It. ſcan.* 260. Oſtracion maculoſus, abdomine muricato. D. 12. P. 20. V. o. A. 12. C. --
*Art. gen.* 58. *ſyn.* 85. Oſtracion maculoſus, aculeis undique denſis exiguis.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 7, 8.
*Habitat in* Aſiæ *&* Ægypti *Aquis dulcibus.*
*Venenatus piſcis, uti præcedens; venenumque Illicio acuitur. Kæmpf. amœn.* 883, *ſed curatur Rege amaroris. Rumph.* 11: 49.

læviga-tus. 5. T. abdomine antice aculeato. D. 13. P. 18. V. o. A. 12. C. 11.
*Habitat in* Carolina. *D. Garden.*
*Corpus magnum Dorſo cæruleſcente, lateribus lineis utrinque duabus; Ventre albo ab ore ad finem p. pectoralium tantum aculeato.*

hiſpidus. 6. T. totus hiſpidus papillis ſetaceis.

Chin.

*Chin. Lagerſtr.* 23. Oſtracion tetraodon ventricoſus, corpore toto muricato. D.9. P.17. V.0. A.10. C.10.
*Art. gen.* 58. *ſyn.* 83. Oſtracion tetraodon ſphæricus, aculeis undique exiguis.
*Habitat in* India.

Mola. 7. T. lævis compreſſus, cauda truncata: pinna breviſſima dorſali analique annexa.
*Art. gen.* 61. *ſyn.* 83. Oſtracion cathetoplateus ſubrotundus inermis aſper, pinnis pectoralibus horizontalibus, foraminibus 4 in capite. D.-- P.14. V.-- A.-- C.--
*Act. bonon.* 2. *pp.* 2. *p.* 297. *t.* 17. Mola.
β. *Gron. muſ.* 1. *n.* 125. Oſtracion cathetoplateus ſubcompreſſus, pinna dorſi & ani cum cauda continuatis.
*Habitat in M.* Mediterraneo.

138. **DIODON.** *Caput:* Maxillæ oſſeæ, porrectæ, indiviſæ.
*Apertura* linearis.
*Corpus* ſpinis acutis mobilibus undique adſperſum.
*Pinnæ ventrales* nullæ.

Atinga. 1. D. ſphæricus, aculeis triquetris. D.14. P.21. V.0. A.6? C.10.
*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion bidens ſphæricus, aculeis undique denſis triquetris.

Seb.

*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 3.

β. Diodon *reticulatus* ſubrotundus, aculeis triquetris. *Syſt. nat.* 10. *p.* 334. *n.* 2.
*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis undique brevibus triquetris raris.
*Habitat in* India.

γ. D. *echinatus* ſubrotundus, aculeis baſi triquetris. *Syſt. nat.* 10. *p.* 335.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis undique denſis baſi triquetris.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 1, 2.
*Habitat in* India.
*Conjunxit* α. β. γ. *Gronovius.*

Hyſtrix. 2. D. oblongus, aculeis teretibus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 58. Oſtracion diodon, corpore ſpinis undique armato. D. 14. P. 22. V. 0. A. 14. C. 9.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion conico-oblongus, aculeis undique longis teretiformibus imprimis in lateribus.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 310. idem.
*It. ſcan.* 285. idem D. 14. P. 22. V. 0. A. 14. C. 9.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 1, 2, 4.

β. D. *holocanthus* aculeis capite colliqne longioribus. *Syſt. nat.* 10 *n.* 6.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion oblongus holocanthus, aculeis longiſſimis teretiformibus in capite imprimis & in collo.
*Habitat* ad Cap. b. ſpei.

139. CY-

**139. CYCLOPTERUS.** *Caput* obtuſum.
*Dentes* maxillares.
*Membr. branch.* rad. IV.
*Pinnæ ventrales* in orbiculum connatæ.

Lumpus. 1. C. corpore ſquamis-oſſeis angulato. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *Fn. ſvec.* 320.
*It. ſcan.* 188. Cyclopterus. D.0,21.P.20.V.6.A.10.C.9.
*Art. gen.* 62. *ſyn.* 87. Cyclopterus.
*Gron. muſ.* 127. *zooph.* 197. idem. D. 21.P.20.V.15.A.10.C.12.
β. Diodon *ſpinoſus* ſubrotundus aculeis planis, abdomine lævi. *Syſt. nat.* 10. *n.* 4.
*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus aculeis brevibus planis, ventre glabro.
γ. Diodon *rarior* pinna dorſi longiſſima.
*Syſt. nat.* 10. *p.* 336. *n.* 7.
*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion rotundo oblongus, tuberculis utrinque, pinna dorſi longiſſima.
*Habitat* α *in* Europa. β, γ. *in* Indiis; *orbiculo e pinnis ventralibus adhæret lapidibus.*
Varietates β, γ. *fecit Gronovius.*
Nares *ſolitariæ.* Pinna *dorſalis prior adipoſa*; *caudalis diſtincta a dorſali analique.*

nudus. 2. C. corpore nudo, capite poſtice utrinque uniſpinoſo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 1. B.1.D.6.P.21.V.~~4~~ 100.A.-C.10.
*Habitat in* India.

Liparis. 3. C. corpore nudo, pinnis dorſali anali caudalique unitis.

*Art.*

*Art. ſyn.* 117? Liparis.
*Gron. muſ.* 157. *Act. helv.* 4. *p.* 265. *t.* 23. *Act. harlem.* 1. *p.* 581. *t.* 9. *f.* 3, 4. Cyclogaſter. B. 7. P. 29. V. - - A. 33. C. 9.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali.*

140. **CENTRISCUS.** *Caput* productum in Roſtrum anguſtiſſimum.
*Apertura* repanda.
*Abdomen* carinatum.
*Pinnæ ventrales* unitæ.

ſcutatus. 1. C. dorſo loricato lævi.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 171. *t.* 7. *f.* 3. D. 3,9. P. 10. V. 6. A. 11. C. 9.
*Valentyn. amb.* 4. *p.* 420. *n.* 243. *f.* 243, 254. Ikan Piſau.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 103. *t.* 34. *f.* 5. Amphiſclen cauda recta.
*Habitat in* India *orientali.*
*Singularis piſcis loricatus teſta oſſea longitudinali poſtice in ſpinam terminata, ſub qua cauda; ſed, inter ſpinam & caudam, pinnæ dorſi ſunt.*

Scolopax. 2. C. corpore ſquamoſo ſcabro, cauda recta extenſa.
*Gron. zooph.* 395. B. 3. D. 4,12. P. 17. V. 5. A. 25. C. -
*Syſt. nat.* 10. *p.* 329. *n.* 8. Baliſtes *Scolopax* pinna dorſali anteriore 5-radiata, roſtro longiſſimo maxilla inferiore operculato.
*Art. gen.* 54 *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis 2 loco pinnarum ventralium, ſolitario infra anum.
*Habitat in M.* Mediterraneo.
Pinnæ *ventrales binæ, 4-radiatæ; abdominales in carina abdominis reconditæ.* Opercula *branchialia monophylla.* Dentes nulli.

141. SYN-

**141. SYNGNATHUS.** *Caput: Roſtrum* ſubcylindricum, ore operculato maxilla inferiore.
*Apertura* branchiarum operculis clauſis; nucha foramine ſpirans.
*Corpus* cataphractum.
*Pinnæ ventrales* nullæ.

Typhle. 1. S. pinnis caudæ ani pectoralibusque radiatis, corpore ſexangulato. *Faun. ſvec.* 277.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 1. *ſpec.* 3. Syngnathus corpore medio hexagono, cauda pinnata. D. 36. P. 14. V. 0. A. 3. C. 10.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 4. idem. D. 7. P. 9. V. 0. A. 0. C. 12.
*Habitat in* Europa.
*Laminæ corporis trunci* 18, *caudæ* 36.
*Varietatem ſequentis facit Gronovius.*

Acus. 2. S. pinnis caudæ ani pectoralibusque radiatis, corpore ſeptem-angulato. *Fn. ſvec.* 276.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 2. Syngnathus corpore medio heptagono, cauda pinnata. D. 38. P. 12. V. 0. A. 5. C. 10.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 3. idem. D. 37. P. -- V. 0. A. 0. C. 10.
*Habitat in* Europa.
*Laminæ corporis trunci* 20, *caudæ* 43.

pelagicus. 3. S. pinnis pectoralibus caudæque radiatis, ani nulla, corpore ſeptemangulato.
*Osbeck itin.* 105. Syngnathus pelagicus. D. 31. P. 14. V. 0. A. 0. C. 10.
*Habitat in Fuco* natante.
*Laminæ corporis heptagoni* 18, *Caudæ tetragonæ* 32.

Varie-

Varietatem *ſimillimam miſit e* Carolina *D. Garden*, *Cui laminæ corporis* 25, *P. dorſalis* 33. *C. tetragonæ* 32.

**æquoreus.** 4. S. pinna caudæ radiata, pectoralibus anique nullis, corpore angulato — D. 30. P. 0. V. 0. A. 0. C. 5.
*Habitat in* Pelago.

**Ophidion.** 5. S. pinnis caudæ ani pectoralibusque nullis, corpore tereti. *Faun. ſvec.* 275.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 1. Syngnathus teres, pinnis pectoralibus caudæque carens. — D. 34. P. 0. V. 0. A. 0. C. 0.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 2. idem. — D. 42. P. 0. V. 0. A. 0. C. 0.
*Habitat in* Europa.

**barbarus.** 6. S. pinnis caudæ anique nullis, corpore ſexangulato. — D. 43. P. 22. V. 0. A. 0. C. 0.
*Habitat in* Pelago.

**Hippocampus.** 7. S. pinna caudæ quadrangulæ nulla, corpore ſeptemangulato tuberculato. — D. 20. P. 18. V. 0. A. 4. C. 0.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 1. Syngnathus corpore quadrangulo, pinna caudæ carens. — D. 35. P. - - V. 0. A. 0. C. 0.
*Olear. muſ.* 53. *t.* 26. *f.* 4. Hippocampus.
*Bradl. natur. t.* 4. *f.* 3. Eqvus marinus.
*Habitat in* Pelago.
*Laminæ corporis trunci* 17, *caudæ* 45.
Corpus *cataphractum, antice lituris, poſtice punctis albis adſperſum.* Aculei *in corpore* 3 *utrinque*, 4 *in cauda antica*, 2 *poſtice.* Cirri *ſupra oculos ſolitarii*; *verticis* 2 *utrinque*, *frontis* 3 *transverſim poſiti*: Pinna *Dorſalis limbo nigro, margine albo. Analis minima, potius ventralis dicenda, cum ante anum ſit collocata.*



Feminis *prægnantibus tumet abdomen pone anum, dehiſcitque longitudinaliter duabus valvulis, ut in Siluro Aſcita.*

142. PEGASUS. *Caput: Os* proboſcide retractili; maxilla ſuperiore denticulata, ſub Roſtro enſiformi, lineari.
*Apertura* branchiarum ante pinnas pectorales.
*Corpus* articulatum oſſeis inciſuris, cataphractum.
*Pinnæ ventrales* abdominales.

draconis. 1. P. roſtro conico. D.4. P.10. V.1. A.5. C.13.
*Gron. zooph.* 356. *t.* 12. *f.* 2, 3. Cataphractus corpore tetragono brevi ſcabro.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 65. *n.* 146.
*Valent. ind.* 3. *p.* 428. *f.* 271.
*Ruyſch. theatr. t.* 7. *f.* 2, 3.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 106. *t.* 34. *f.* 4.
*Habitat in* India.

volans. 2. P. roſtro enſiformi denticulato.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 56. Pegaſus roſtro conico.
*Habitat in* India.

natans. 3. P. roſtro enſiformi inermi.
*Gron. zooph.* 357. Cataphractus roſtro ſpatuliformi truncato. D.5. P.9. V.1. A.5. C.--
*Habitat in* India.

CLAS-

# CLASSIS IV.

# PISCES.

*Quis, niſi vidiſſet, Piſces habitare ſub unda crederet.*

AQUEI Elementi muti ſurdique Volucres compendioſiſſimi reſpirant *Branchiis* arcu oſſeo innexis, natant *Pinnis* radiatis, veſtiuntur *Squamis* cartilagineis.

INSTRUUNTUR Capite, Thorace, Abdomine, Cauda, Pinnis; Cerebro Medullaque ſpinali, Corde uniloculari uniaurito, Branchiis, Diaphragmate, Hepate Veſiculaque fellea, Liene, Pancreate, Renibus Veſicaque urinaria, Veſiculis ſeminalibus Ovariisve, Inteſtinis cæcoque, Membrana nictitante; imo & naribus, modo vere talibus; plerisque etiam Veſica natatoria.

DESTITUUNTUR Palpebris, Auribus Auriculisque, Collo, artuum Brachiis Tibiisque, Pene Vulvave.

DIVIDITUR horum Corpus externum in *Caput*, *Truncum*, *Pinnas*.

CAPUT compreſſum (Cathetoplateum) ſ. depreſſum (Plagioplateum;) nudum, ſquamoſum, læve, ſpinoſum ſ. muticum.

*Os* Labiis carnoſis, aut oſſeis clauſile.

*Dentes* ſæpe in Maxillis, Palato, Lingua, Fauce.

*Oculi* 2, nudi, membrana *nictitante*; *Pupilla* cryſtallina globoſa.

*Nares*? pertuſæ, binæ geminatæ, minus prominentes.

*Cirri* filiformes, molluſci, labiis ſæpius inſerti, prætentantes.

*Aperturæ* branchiarum per *branchias* in os hiantes, inſtructæ *operculis pinnaque branchioſtega*.

*Opercula* branchias tegentia, aperturas claudentia.

*Branchiæ* extus ſpirantes comprimendæ, ſæpius quatuor, radio arcuato oſſeo (*) adnatæ, radiis liberis pectinatæ.



(*) *Radius oſſeus Branchiarum deeſt in Nantibus.*

Cataphracti: *Silurus cataphractus*, *Cottus cataphractus*, *Trigla cataphracta*, *Loricaria.*

Volitantes: *Exocoetus volitans evolansque*, *Trigla volitans*, *Gaſteroſteus volitans.*

TRUNCUS teres, compreſſus, depreſſus; ſquamoſus ſ. nudus (*alepidotus*) mucoſus; oblongus, poſtice anguſtatus in Caudam; *Squamæ* plerisque cartilagineæ, rarius ciliatæ, nonnullis oſſeæ, ut piſcis loricatus evadat Cataphractus.

*Linea lateralis* utrinque, diſtincta a linea *interſtitiali*, ſæpius ex glandulis *punctata*, rarius *loricata*, utraque *recta* aut *curvata*; in quibusdam Caudam utrinque carinatam conſtituens.

*Thorax* refertus Corde intra Pericardium ſuum.

*Abdomen* coſtatum Viſceribus, Inteſtinis, Veſicula aërea; Genitura ovisve repletum.

*Anus* abdomen terminans, communis Inteſtinis, Veſicæ & Genitalibus.

*Cauda* poſtica Trunci pone anum, ſolida, muſculoſa.

PINNÆ Membranaceæ explicandæ *Radiis* cartilagineis: qui

*Spinoſi* duriores, oſſei, ſimplices, pungentes (*) *acanthopterygiis.*

*Mutici* flexiles, tendinei, dichotomi *malacopterygiis.*

*Branchioſtegæ* ſub operculis branchiarum pares, plicatiles radiata membrana; hæc Artedio primaria.

*Dorſalis* dorſo longitudinalis impoſita, impar; ſæpe 1, rarius 2, pauciſſimis 3.

*Adipoſa*, dorſalis ſpuria, radiis deſtituta, impar.

*Pectorales* ad latera thoracis poſitæ, pares.

*Ventrales* corpori ſubtus annexæ, inter caput & anum, pares.

*Analis* pone anum, ſub cauda, longitudinalis, impar.

*Caudalis* terminalis, perpendicularis, impar: *rotunda*, *integra*, *bifurca* ſ. lunata, *cuneata.*

PISCES hi muti ſurdique ætheris ſonum *non audiunt*, aëris licet tremorem ſentiant, *Reſpirant* latere extrorſum aquam, *Movent* ſe Pinnis explicatis, dum *Caudali* propelluntur, *Dorſali Analique* tamquam Gubernaculo reguntur, *Pectoralibus* tamquam Alis attolluntur, *Ventralibus* tamquam Pedibus inſiſtunt. *Fugiunt* natatu diverſimodo; *Defenduntur* Spinis tamquam murice; *victitant* Muco, Inſectis, Vermibus, Cadaveribus, Piſciculis, Plantis.

*Hi-*

(*) Recumbens *ſpina nonnullis antrorſum decumbit ante pinnam dorſi aut ani.*
Veſica aërea *attollit piſces: pertuſa facit ut in fundo repant; & hac deſtituti ſemper in fundo degant.*
Ætas *a circulis concentricis vertebrarum numeranda.*
Spinæ *a radiis geminis coadunatis ortæ, nec ut mutici radiis dichotomis.*

*Hiſtoria* horum ex Structura, Alimento, Solo, Moribus, Migrationibus & Uſu in Piſcatura, Culina, Oeconomia, Mechanica, Medicina.

LOCUS omnium aquaticus eſt; forte etiam omnes marini; ſed alii imprimis *lacuſtres* aquas dulces inhabitantes; varii etiam *fluviatiles*, ſæpe e mari adſcendentes; plurimi mere *marini*, qui aquas dulces non ferunt; horum plerique littora adeunt pro generandis (*) & pariendis ovis, calidiore aqua excludendis, niſi mere *pelagici* natantibus ovis, a littoribus ſemper alieni, ſed omnium alii *diurni*, alii *nocturni*; illi plerique natant in aquis, hi vero ſæpius in fundo paſcuntur. Alii demum ſubſolitarii vagantur, alii gregatim degunt. Diſſeminantur ab Anatibus.

CONSERVANTUR in *Spiritu vini*, vel dimidiati excoriati exſiccati adglutinati (*Act. angl.* 42. *n.* 463. *p.* 57.) aut *gypſo* pulcherrime farcti verniceque obducti, more *Cl. Schefferi*.

USUS: victus tenuis e piſcibus nuper enectis, thoracicis, exercitatis, inprimis aſſatis, Veteribus in pretio *Mullus*, *Scarus cret.* *Aurata*, *Julis*, *Sphyræna*, *Muræna*, Hodiernis in deliciis *Carpio*, *Caraſſius*, *Aſpius*, *Brama*, *Salmo*.

ICHTHYOLOGI Practici *Bellonius* 1552, *Rondeletius* 1554, *Salvianus* 1554, *Geſnerus* 1558, *Aldrovandus* 1605, *Willughæus* 1685, *Rajus* 1710, *Seba* 1760.

Theoretici *Artedi! Nos*, *Gronovii*, *Haſſelquiſt*, radios pinnarum obſervarunt; At *Valentynus* defectum artis expoſuit; *Catesbæus* pulchre quosdam depinxit americanos. *Garden* P. carolinæ deſcriptos miſit.

Synonyma ab *Artedio* petenda, ego itaque ea ſepoſui.

DESCRIPTIONES ſiſtant præcipue *Corpus* compreſſum ſ. depreſſum; ſquamoſum ſ. alepidotum, acanthopterygium ſ. malacopterygium; *cirros*, *Lineam lateralem*, *Pinnas* Branchiales, Dorſalem, Pectorales, Ventrales, Analem, Caudalem cum *radiis* ſpinoſis ſ. muticis, integram ſ. diviſam, ſed præprimis *Dentes* & oris inſtrumenta, ut Generum characteres perficiantur.



(*) Generatio *Piſcium etiamnum obſcura eſt.*
Renard Ludv. *Poiſſons ecreviſſes. Amſt.* 1754. *fol. colorat. figuris* [illegible]

DIVISIONEM Piſcium, artis normam, a variis partibus tentarunt varii. Recentiorum immortalis Artedi Spinoſos *Acanthopterygios* & Inermes *Malacopterygios* ſecundum Membranam *Branchioſtegam* ſecutus eſt, ſed deſeruit non ſemel in bivio conſtitutum; propriam itaque tentavi viam a PEDIBUS *ante Alas*, *ſub Alis*, *pone Alas* ſitis.

Pinnæ *ventrales nullæ* omnino APODES. 1.
— — *ante* pinnas Pectorales JUGULARES. 2.
— — *ſub* pinnis Pectoralibus THORACICI. 3.
— — *pone* pinnas Pectorales ABDOMINALES. 4.

CHA-

# CHARACTERES PISCIUM.

## I. APODES.

143. MURÆNA Aperturæ *branchiarum ad latera thoracis.*
144. GYMNOTUS Dorſum *apterygium.*
145. TRICHIURUS Cauda *aptera.*
146. ANARHICHAS Dentes *rotundati.*
147. AMMODYTES Caput *corpore anguſtius.*
148. OPHIDIUM Corpus *enſiforme.*
149. STROMATEUS Corpus *ovatum.*
150. XIPHIAS Roſtrum *enſiferum.*

## II. JUGULARES.

151. CALLIONYMUS Aperturæ *branch. ad nucham.*
152. URANOSCOPUS Os *ſimum.*
153. TRACHINUS Anus *prope pectus.*
154. GADUS *Pinnæ* Pectorales *elongatæ in acumen.*
155. BLENNIUS *Pinnæ* Ventrales *didactylæ muticæ.*

## III. THORACICI.

156. CEPOLA Os *ſimum.* Corpus *enſiforme.*
157. ECHENEIS Capitis *dorſum planum transverſim ſulcatum.*
158. CORYPHÆNA Caput *antice truncato-obtuſum.*
159. GOBIUS. *Pinnæ* Ventrales *coadunatæ in pinnam ovatam.*
160. COTTUS Caput *corpore latius.*
161. SCORPÆNA Caput *cirris adſperſum.*
162. ZEUS Labium *ſuperius membrana transverſa fornicatum.*
163. PLEURONECTES Oculi *ambo in latere altero capitis.*
164. CHÆTODON Dentes *ſetacei, confertiſſimi, flexiles.*
165. SPARUS Dentes *validi, inciſores ſ. molares.*
166. LABRUS *Pinna* Dorſalis *ramento poſt ſpinas notata.*
167. SCIÆNA *Pinna* Dorſalis *in foſſula recondenda.*
168. PERCA Opercula *branchiarum ſerrata.*

169. Gaſteroſteus Cauda *lateribus carinata*; Spinæ *dorſales diſtinctæ.*
170. Scomber Cauda *lateribus carinata*; Pinnulæ *ſpuriæ plures.*
171. Mullus Squamæ, *etiam capitis*, *laxæ.*
172. Trigla Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*

## IV. ABDOMINALES.

173. Cobitis Corpus *vix ad Caudam anguſtatum.*
174. Amia *Caput nudum*, *oſſeum*, *ſcabrum.*
175. Silurus Radius 1 *pinnæ Dorſalis Pectoraliumque dentatus.*
176. Teuthis Caput antice truncatum.
177. Loricaria Corpus *cataphractum.*
178. Salmo *Pinna* Dorſalis *poſtica adipoſa.*
179. Fistularia Roſtrum *cylindricum operculo clauſile.*
180. Esox Mandibula *inferior longior*, *punctata.*
181. Elops *Membr. branchioſt. duplex: exteriore minore.*
182. Argentina Anus *caudæ vicinus.*
183. Atherina Faſcia *lateralis longitudinalis argentea.*
184. Mugil Mandibula *inferior intus carinata.*
185. Mormyrus *Apertura branch. linearis abſque operculis.*
186. Exocoetus *Pinnæ* Pectorales *longitudine corporis.*
187. Polynemus Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*
188. Clupea Abdomen *carinatum ſerratum.*
189. Cyprinus *Membrana* Branchioſtega *triradiata.*

I. APO-

# I. APODES.

*Pinnæ ventrales nullæ.*

143. MURÆNA. *Caput* læve. *Nares* tubuloſæ.
*Membrana branchioſtega* radiis X.
*Oculi* cute communi tecti.
*Corpus* teretiuſculum, lubricum.
*Pinna* caudæ coadunata dorſali anique.
*Spiracula* pone caput vel pinnas pectorales.

Helena. 1. M. pinnis pectoralibus nullis.
*Art. gen.* 55. *ſyn.* 41. *Gron. muſ.* 1. *n.* 16. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 319. Muræna pinnis pectoralibus carens.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 69. *f.* 4, 5.
β. *Cateſb. car.* 2. *t.* 20, 21. Muræna maculata nigra, & viridi.
*Habitat in* Europæ, Americæ *Oceano.*
*Cænarum Helena, Romæ in piſcinis: natat ad magiſtrum delicata Muræna, Martial; Ved. Pollio damnata mancipia immergebat vivariis Murænarum, ut in viſceribus ſuis aliquid de Servorum ſuorum corpore guſtaret. Plin. XI. 23. Morſu infeſta.*

Ophis. 2. M. cauda aptera cuſpidata, corpore tereti.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 41. Muræna teres gracilis maculoſa, cauda tereti cuſpidata apterygia.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Serpens. 3. M. cauda aptera acuta, corpore tereti.

*Art. gen.* 24. *ſyn.* 41. Muræna exacte teres, cauda acuta apterygia. D.-- P. 16. V.-- A.-- C.--
*Habitat in Oceano* Europæ *auſtralis.*

Angvilla. 4. M. maxilla inferiore longiore, corpore unicolore. D. 1000. P. 19. V. 0. A. 100. C.
*Art. ſpec.* 66. *gen.* 24. *ſyn.* 39. *Fn. ſvec.* 301. Muræna unicolor; maxilla inferiore longiore.
*Habitat in* Europa; *maxima in lacu Cornachio Ferrarienſi; non fert Danubium, niſi rariſſime. Nocturna; latet in cœno duplici foramine; coërcetur trunco albo Betulæ; Cutis tenaciſſima; parit vivipara ſub canicula. Act. holm.* 1750. *p* 194. *Hybernat; noctu tenebricoſa obambulat; Cadaveribus victitat.*

Myrus. 5. M. pinna ambiente alba margine nigro. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 58. *
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 40. Muræna roſtro acuto lituris albis vario, margine pinnæ dorſalis nigro.
*Habitat in Mari* Mediterraneo.
*Caput antrorſum attenuatum. Tentacula* 2 *brevia labii ſuperioris.*

Conger. 6. M. roſtro tentaculis duobus, linea laterali ex punctis albida.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 40. Muræna ſupremo margine pinnæ dorſalis nigro.
*Habitat in Oceano* Europæo.

cæca. 7. M. apterygia, roſtro acutiuſculo.
*Habitat in Mari* Mediterraneo. *E. Brander.*
Corpus *Anguillæ abſque omni pinna.* Aperturæ *branchiarum ſub collo.* Maxillæ *acuminatæ dentibus acerofis.* Nares *tubuloſæ ſub roſtro.* Oculos *nullos video; ad occiput puncta* 7 *perforata; itidem* 7 *ſupra caput in medio,* & *anterius iterum quater duo.*

*duo.* Anus *propior capiti quam caudæ. Genus obſcurum.*

144. GYMNOTUS. *Caput* operculis lateralibus.
*Tentacula* duo ad labium ſuperius.
*Oculi* cute communi tecti.
*Membr. branch.* radiis V.
*Corpus* compreſſum, ſubtus pinna carinatum.

Carapo. 1. G. nudus, dorſo apterygio, pinna ani longitudine caudæ attenuatæ.
*Gron. zooph.* 168. Gymnotus maxilla ſuperiore longiore, cauda elongata ſubulata.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 32. *f.* 1-4.
*Art. gen.* 25: *ſyn.* 43. *Amœn. acad.* 1. *p.* 318. *t.* 14. *f.* 6. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 76.
Gymnotus. B. 5. D. o. P. 13. V. o. A. 200. C. o.
*Habitat in* America.
*Abdomen carnoſo-carinatum; Pinna ani in caudæ apicem non excurrens, ſed deſinit ante pinnam caudæ. Apex caudæ absque pinna in filum terminatur.*

electricus. 2. G. nudus, dorſo apterygio, pinna caudali obtuſiſſima anali annexa.
*Gron. zooph.* 169. *t.* 8. *f.* 1. Gymnotus cauda truncata, maxilla inferiore longiore.
*Act. helv.* 4. *p.* 27. *t.* 3. *f.* 1, 2, 3.
*Vitgez. verhand.* 3. *p.* 468. *t.* 26. *f.* 8.
*Act. harlem.* 2. *p.* 372. Sidderyis.

Mu-

*Muſchenb. intr.* 1. *p.* 290.
Gymnotus.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 108. *t.* 34.
*f.* 6. Gymnotus nigricans, cauda curta obtuſa.
*Gumill. orenogu* 3. *p.* 136.
Torpille.
*Habitat in* Surinamo *aliisque* Americæ *meridionalis oſtiis fluviorum.*
Qualitas *Torpedinis trementis, unde tangenti crepitant membra dolore, qualis a cubiti contuſione, ut ſæpe proſternatur, potiſſimum a piſce majore, & cujus vis non ab iterato tactu & percuſſione nuper fuit debilitata. Percuſſio ſentitur dolorifica tactu baculi, licet manubrio metallico, maxime aureo; etiam in ſcapha conſtituto, digito aquæ immiſſo per* 15 *pedes ſentitur tremor; non vero tactu ceræ ſigillatoriæ. Vis appropriata morbis ſoporoſis; metuenda natantibus, inde ſubmergendis. Vide Gronovium. Caput punctis perforatis adſperſum.*

albifrons. 3. G. dorſo anteriore niveo. D.0.P.15.V.0.A.152 C.24.
*Habitat* Surinami.
*Statura G. Carapo.* Aperturæ *branchiarum ovatæ, ante pin. pectoralium baſin.* Corpus *cultratum plaga nivea a naribus ad medium dorſum.* P. ani *a gula fere ad caudæ pinnam.* Cauda *ſupra canaliculata*; P. Caudalis *rotundata.* Caput *compreſſum, longius hians.* Oculi *cute communi tecti.* Nares 2 *parium, tubuloſæ.*

roſtratus. 4. G. roſtro ſubulato, pinna ani cauda breviore. D.--P.19.V.--A.296.C.--
*Seb. muſ.* 3. *p.* 99. *t.* 32. *f.* 5. Gymnotus varius roſtro productiore.
*Gron. zooph.* 167. *muſ.* 73. Gymnotus maxillis elongatis tubuloſis ſubconnatis, corpore maculoſo, cauda ſubacuta.
*Habitat in* America.

aſiaticus. 5. G. ſquamoſus, dorſo pinnato. D.46.P.14.V.0.A.28.C.16.

*Habi-*

*Habitat in* Aſia; *dubii Generis, an Anarhicha?*
Piſcis *plus quam ſpithameus, craſſiuſculus, ſed tectus ſquamis lævibus, rotundatis, diſtinctis, etiam ſupra caput, cui puncta 5 excavata, uti etiam aliquot in maxillis inferioribus.* Anus *in medio corporis.* Linea lateralis *elevata, recta, ſed deſcendens ſupra anum.* Color *obſcurus faſciis fuſcis. Puncta alba in pinna dorſali & poſtica parte corporis. Ob opercula lateraliter ampla aperienda & ob ſquamas nequit eſſe* Muræna; *pinna dorſalis incipit pone caput & extenditur fere ad caudam.* Caput *depreſſum, læviuſculum.* Tentacula 2 *truncata, ante nares poſita.* Membr. branch. 5. Corpus *ſubcylindricum, poſtice compreſſum.* Pinna *dorſi mox poſt nucham incipiens.* Foraminulum *in fronte.* Lingua *lævis.* Dentes *aceroſi in maxillis & inſuper in maxilla ſuperiore ordo dentium intra maxillam.*

## 145. TRICHIURUS.

*Caput* porrectum, operculis lateralibus.

*Dentes* enſiformes apice ſemiſagittati: primores majores.

*Membr. branch.* radiis VII.

*Corpus* compreſſo-enſiforme.

*Cauda* ſubulata, aptera.

Lepturus. 1. TRICHIURUS.
*Art. ſpec.* 111. Lepturus. B. 7. D. 100. P. 11. V. 0. A. 105. C. 0.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 76. *t.* 26. *f.* 2. Lepturus. B. 7. D. 124. P. 12. V. 0. A. 0. C. 0.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 47. Gymnogaſter. B. 7. D. 138. P. 11. V. 0. A. 0. C. 0.
*Brown. jam.* 444. *t.* 45. *f.* 4. Gymnogaſter argenteus compreſſus, cauda attenuata impinna. B. 7. D. -- P. 11. V. 0. A. 0. C. 0.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 33. *f.* 1. Enchelyopus.
*Will. app. t.* 3. *f.* 3. Anguilla indica.

*Marcgr.*

*Marcgr. braſ.* 161. Mucu.
*Habitat in* America, China. *Exſiliens ex aquis ſæpe in Cymbam.*
*Totus argenteus*, *Pinna dorſalis plicatilis.*

146. ANARHICHAS. *Caput* obtuſiuſculum.
*Dentes primores* ſupra inſraque conici, divergentes, ſex pluresve.
*molares* inferiores palatique rotundati.
*Membr. branch.* rad. VI.
*Corpus* teretiuſculum. *Pinna* caudæ diſtincta.

Lupus. 1. ANARHICAS. *Art. gen.* 23. *ſyn.* 38.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 44. Anarrhicas. D.73.P.20.V 0.A.45.C.18.
*Olear. muſ.* 53. *t.* 27. *f.* 2.
*Habitat in Oceano ſeptentrionali* Angliæ, Balthico.
*Lapis Bufonites ex hujus piſcis dente. Merret.*

147. AMMODYTES. *Caput* compreſſum, corpore anguſtius. *Labium* ſuperius duplicatum. Mandibula inferior anguſta acuminata. *Dentes* aceroſi.
*Memb. branch.* rad. VII.
*Corpus* teretiuſculum ſquamis vix conſpicuis. *Cauda* diſtincta.

Tobianus. 1. AMMODYTES. *Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. *ſpec.* 35. B.7.D.54.P.12.V.0.A.28.C.15.
*Gron.*

*Gron. zooph.* 404. Ammodytes. B.7 D.57.P.9.V.0.A.26.C.16.
*Raj. piſc.* 38. *t.* 2. *f.* 12.
*Faun. ſvec.* 302. Ammodytes. B.7.D.54.P.13.V.0.A.28.C.15.
*It. ſcan.* 141. Ammodytes. B.5.D.50.P.12.V.0.A.26.C.15.
*It. œl.* 87. Ammodytes. B.7.D.60.P.15.V.0.A.32.C.14.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 75. Ammodytes. B.7.D.60.P.14.V.0.A.30.C.16.
*Habitat in* Europæ *Oceano arenoſo ſcaturiginoſo, in gyrum contractus, e centro apice capitis arenam penetrat; allicitur nivea albedine. Prædatur a Scombris.*
Color *dorſo lateribusque cyaneus; ſubtus varius lineis* 6, *alternis albis & cyaneis.* Ad ani *regionem macula parva ſubrubra. Linea lateralis duplex.*
Species *mihi videntur in Svecia duæ eſſe diſtinctæ, uti Rajus quondam in Anglia ſubolſecit.*

## 148. OPHIDIUM. *Caput* nudiuſculum. *Dentes* maxillis, palato, faucibus. *Membr. branch.* radiis VII, patula. *Corpus* enſiforme.

barbatum. 1. O. maxilla inferiore, cirris quatuor. D.133.P.0.V.0.A.112.C.--
*Art. gen.* 25. *ſyn.* 42.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Corpus *cinereo-argenteum.* Linea *lateralis fuſca; undique maculæ lineares, ſparſæ. P. dorſalis analisque caudali connatæ, nigro-marginatæ.*

imberbe. 2. O. maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 42. Ophidion cirris carens.
*Fn. ſvec.* 319. Idem. D.79.P.11.V.0.A.41.C.18.
*Gron. zooph.* 401. Ophidion. D.147.P.26.V.0.A.101.C.-
*Habitat in* Europa.
*Pinna dorſalis analisque caudali unitæ.*

149. STRO-

149. STROMATEUS. *Caput* compreſſum. *Dentes* in maxillis, palato.
*Membr. branch.* - - -
*Corpus* ovatum, lubricum; *Cauda* bifida.

Fiatola. 1. S. ſubfaſciatus.
*Art. gen.* 19. *ſyn.* 33. Stromateus. D.46. P.25. V.0. A.34. C.--
*Habitat in* Mari Mediterraneo, & Mari Rubro.
*Piſcis pulchre variegatus; ventriculi duo.*

Paru. 2. S. unicolor.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 281. *t.* 250. *f.* 4. Paru braſilienſi congener. *Raj. piſc.* 51.
*Habitat in* America.

150. XIPHIAS. *Caput* maxilla ſuperiore terminatum roſtro enſiformi; *Os* edentulum.
*Membr. branch.* radiis VIII.
*Corpus* teretiuſculum, alepidotum.

Gladius. 1. XIPHIAS. *Art. gen.* 30. *ſyn.* 47. *Fn. ſvec.* 303. D.41. P.17. V.0. A.15. C.--
*Kölpin. mſſ.* B.7. D.18,3. P.17. V.0. A.10,3. C.20.
*Habitat in Oceano* Europæ.
*Schelhameri Anatome Xiphii piſcis. Hamb.* 1707. *quart.* & *Barthol. cent.* 2. *cap.* 16.

II. JU-

## II. JUGULARES.

*Pinnæ ventrales pectoralibus anteriores.*

151. CALLIONYMUS. *Caput* labio ſuperiore duplicato; *Oculi* approximati.

*Membr. branch.* radiis VI. (Gron). *Apertura* nuchæ foraminibus reſpirante. *Opercula* clauſa.

*Corpus* nudum. *Pinnæ ventrales* remotiſſimæ.

Lyra. 1. C. dorſalis prioris radiis longitudine corporis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 71. Uranoſcopus. D.4,10.P.18.V.6.A.10.C.10.

*Fn. ſvec.* 304. Trachinus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi priore altiſſima.

*Ström. ſondm.* B.6.D.5,10.P.19.V.5.A.-C.10.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 64. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnæ dorſalis longitudine corporis. D.4.10.P.19.V.5.A.10.C.10.

*Gron. act. upſ.* 1740. *p.* 121. *t.* 8. Cottus oſſiculis pinnæ dorſalis longitudine corporis. D.4,10.P.19.V.5.A.10.C.10.

*Act. angl.* 293. *p.* 1749. Gurnardus luteus.

*Pet. gaz. t.* 22. *f.* 2. Lyra harvicenſis.

*Seb. muſ.* 3. *t.* 20. *f.* 7. Exocoetus 3.

*Habitat in Mari* Atlantico.

Corpus *lineis cæruleis, imprimis p. dorſalis caudaliſque.* Pinnæ Dorſalis *prioris radius* 1 *longitudine*

 *cor-*

*corporis.* Cirrus *ad anum.* Capitis *latera poſtice ſpina quintuplici.* Labium *ſuperius ſingulare.*

Draculus. 2. C. dorſalis prioris radiis corpore brevioribus.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 63. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnæ dorſalis primæ unciali. D.4,9.P.20.V.5. A.9.C.10.
* *Act. helv.* 4. *p.* 260. *n.* 125.
*Art. gen* 49. *ſyn.* 77. Cottus pinna ſecunda dorſi alba. D.4,10.P.12.V.6.A.9.C.12.
*Habitat* Genuæ, Romæ, Ulyſſipone.
*Capitis latera ſpina triplici. Corpus luteo maculatum.*

indicus. 3. C. capite lævi longitudinaliter rugoſo, operculis latere aperiendis. B.7.D.4,13.P.20.V.4.A.13.C.11.
*Habitat in* Aſia. *Muſ. ac. holmenſ.*
Caput *depreſſum, ſupra longitudinaliter rugoſum.* Maxilla inferior *paulo longior.* Os *ſcabrum.* Lingua *obtuſa, emarginata.* Aperturæ *branchiarum magnæ, laterales.* Opercula *anteriora ſpina gemina; poſtica ſpina ſolitaria.* Corpus *valde depreſſum, lividum.* Anus *in medio.* *Radius primus* P. dorſalis *prioris breviſſimus, remotus.* P. ventrales *valde diſtantes.* Piſcis *medius quaſi inter Callionymum, Uranoſcopum & Trachinum.*

## 152. URANOSCOPUS.

*Caput* depreſſum, ſcabrum, majus. *Os* ſimum: maxilla ſuperiore breviore. *Membr. branch.* rad. V, pilloſo-dentata. *Opercula* membranaceo-ciliata. *Corpus:* anus in medio.

ſcaber. 1. Uranoscopus. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 59. * D.4,14.P.16.V.5.A.13.C.12.
*Art. gen.* 42. *ſyn* 71. Trachinus cirris multis in maxilla inferiore. D.3,14.P.16.V.5.A.13.C.--

*Ha-*

*Habitat in Mari* Mediterraneo.

Caput *oſſeo-verruceſum*, *antice lacuna excavatum*. *Oris labium ciliatum*. Denticuli *minuti maxillarum*, *palati*, *linguæ*. Foramina 2 *in ore*, *ſub labio ſuperiore*. Branchiæ *arcu oſſeo*, *adeo ad Nantes non ſpectat*. Spinæ 2 *recumbentes ſub gula*. Linea lateralis *adſcendens*, *dorſo parallela*. Pinna *dorſi prior nigra*.

153. TRACHINUS. *Caput* minus læve, compreſſum.
*Membr. branch.* rad. VI; operculorum *lamina* inferiore ſerrata.
*Corpus*: anus prope pectus.

Draco. 1. TRACHINUS. *It. ſcan.* 325. *Fn. ſvec.* 305.
*Art. gen.* 42. *ſyn.* 70 Trachinus maxilla inferiore longiore, cirris deſtituta. D.5,31.P.16.V.6.A.32.C.12.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 97. Idem nomen. D.6,30.P.15.V.6.A.34.C.--
*Gron. act. upſ.* 1742. *p.* 95. Idem nomen. D.6,30.P.16.V.6.A.30.C.12.
*Habitat in* Oceano *ſeptentrionali*.
*Spinæ P. dorſalis prioris pungunt venenatiſſimæ. Barth. act.* 3. *obſ.* 84. Pinna *Dorſalis Analisque multum ſerratæ*.

154. GADUS. *Caput* læve.
*Membr. branch.* rad. VII, teretibus.
*Corpus* oblongum ſquamis deciduis.
*Pinnæ* omnes cute communi veſtitæ: dorſales anique plures: radiis muticis. *Pectorales* in acumen attenuatæ.*

* *Pinnis dorſalibus tribus, ore cirroſo.*

Æglefinus. 1. G. tripterygius cirratus albicans, cauda biloba, maxilla

xilla ſuperiore longiore.
*Fn. ſvec.* 306.
*Art. gen.* 20. *ſyn.* 36. *ſpec.* 64. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifurca.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 59. Idem nomen. Schelvis *Belg.*
*It. ſcan.* 325. Gadus Kolja. D.15,20,19.P.18.V.6.A.24,21.C.--
*It. wgoth.* 178. Gadus dorſo tripterygio, ore papilloſo. D.16,18,20.P.17.V.6.A.22,21.C.23.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Macula fuſca in latere ſiniſtro.*
*Linea lateralis atra; cirrus ſub mento.*

Callarias. 2. G. tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla ſuperiore longiore.
*Fn. ſvec.* 307.* D.15,19,19.P.20.V.6.A.18,18.C.23.
*Art. gen.* 16. *ſyn.* 35. *ſpec.* 63. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla ſuperiore longiore, cauda æquali. D.15,19,18.P.20.V.6.A.19,17.C.--
*Gron. muſ.* 1. *n.* 58. Idem. D.15,19.18.P.10.V.6.A.16,16.C.--
*It. œl.* 87. Gadus balthicus Torſk. D.14,19,17.P.17.V.6.A.20,16.C.--
*It. ſcan.* 220. Gadus Callarias balthicus. D.15,19,17.P.18.V.6.A.17,16.C.24.
*Habitat in Oceano* Europæo & Balthico.

Morhua. 3. G. tripterygius cirratus, cauda ſubæquali, radio primo anali ſpinoſo. *Fn. ſvec.* 308. D.14,18,19.P.19.V.6.A.17,15.C.44.
*Art. ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, cauda æquali fere cum radio primo ſpinoſo.

*It,*

*It. wgoth.* 176. Gadus Kabbeljå. D.15,20,16.P.20.V.6.A.21,16.C.--
*Ström. ſöndm.* 317. Cabliau. D.14,19,18.P.17.V.6.A.22,16.C.36.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Ova quotannis* 9344000 *ponit. Leuwenh.*
*Pinna analis prior maculata.*

luſcus. 4. G. tripterygius cirratus, radio ventralium primo ſetaceo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 60.* D.13,23,18.P.11.V.6.A.31,18.C.17.
*Art. gen.* 21. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, oſſiculo pinnarum ventralium primo in ſetam longam producto.
*Habitat in Oceano* Europæo.

barbatus. 5. G. tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem. *Fn. ſvec.* 311.
*Art. gen.* 21. *ſyn.* 37. *ſpec.* 65. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima oſſiculorum 30. D.13,24,21.P.19.V.6.A.30,21.C.--
*Art. ſyn.* 111. Phycis (*ſecundum D. Kæhlerum*). D.12,18,14.P.14.V.5.A.25,16.C.30.
*It. wgoth.* 177. Gadus Torſk. D.12,20,20.P.18.V.6.A.19,19.C.40.
*It. wgoth.* 178. Gadus linea excavata pone caput. D.13.17,19.P.18.V.6.A.18,17.C.--
*Ström. ſöndm.* 316. *n.* 8. D.13,19,16.P.18.V.6.A.19,15.C.--
*Habitat in Oceano* Europæo.
Fico *Romanis hodie, cirro in mento, puncta maxillæ inferioris utrinque 7; macula fuſca ad pin. pectorales. D. Kæhler. Foſſula inter caput & P. dorſalem. Ström. Cirrus 1 maxillæ inferioris.*

minutus. 6. G. tripterygius cirratus, ano in medio corporis *Art. gen.* 21. *ſyn.* 36. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore ſeſcunciali, ano in medio corporis. D.12,19,17.P.13.V.6.A.27,17.C.--
*Habitat in* M. Mediterraneo.

* * *Pinnis dorſalibus tribus, ore imberbi.*

virens. 7. G. tripterygius imberbis, dorſo vireſcente, cauda bifurca. *Fn. ſvec.* 309. *
D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.--
*Gron. act. upſ.* 1742. *p.* 90.
Idem. D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.40.
*Habitat in Oceano* Europæo, *in* Norvegia *copioſe* Sey.
*Similis G. Pollachio, ſed maxillæ æquales, linea laterali non curvata, Cauda bifida. Strom. ſöndm.* 294.

Merlangus. 8. G. tripterygius imberbis albus, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſvec.* 310.
*Art gen.* 10. *ſyn.* 34. *ſpec.* 62. Gadus dorſo tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla ſuperiore longiore. D.14,21,20.P.21.V.6.A.33,23.C.31.
*Gron. muſ.* 1. *n* 55. Molenaar. *Belg.* D.14,23,18,P.16.V.4.A.28,19.C.--
*It. ſcan.* 326. *t.* 2. *f.* 2. Gadus Hvitling. D.14.18,10.P.20.V.6.A.30,20.C.-
*It. wgoth.* 176. Gadus Hvitling. D.14,20,20.P.17.V.6.A.30,22.C.-
*Habitat in Oceano* Europæo. *Molenaar. ſ. Wyling Belgis.*

Carbonarius. 9. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta.
*Art. gen.* 20. *ſyn.* 34. Gadus dorſo tripterygio imberbi, maxilla inferiore longiore linea laterali recta. D.14,20,22.P.18.V.6.A.22,19.C.-
*Habitat in Oceano* Europæo.

10. G.

Pollachius. 10. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *Faun. ſvec.* 312.
*Art. gen.* 20. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio imberbi, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. D.11,19,16.P.17.V.6.A.16,18.C.--
*Gron. muſ.* 1. *n.* 57. Idem. D.13,17,23.P.17.V.6.A.24,23.C.--
*It. wgot.* 177. Gadus Lyrblek. D.13,19,18.P.16.V.6.A.27,18.C.-
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Cauda lunata* & fere integra.

* * * *Pinnis dorſalibus duabus.*

Merluccius. 11. G. dipterygius imberbis, maxilla inferiore longiore.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 60. *
*Faun. ſvec.* 314. * D.10,39.P.12.V.7.A.38.C.22.
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, maxilla inferiore longiore. D.9,40.P.12.V.7.A.39.C.--
*Ström. ſondm.* 295. Lyſing. D.9,39.P.13.V.7.A.39.A.24.
*Habitat in Oceano.*
*Cirrus nullus Gron. ſimilis Pollachio.*

Molva. 12. G. dipterygius cirratus, maxilla ſuperiore longiore. *Faun. ſvec.* 313.
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxilla ſuperiore longiore. D.15,65.P.15.V.6.A.62.C.--
*It. wgoth.* 177. Gadus Longa. D.15,63.P.20.V.6.A.60.C.40.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Cauda rotundata. Pinnæ ſuperiores nigricantes margine albido.*

Tau. 13. G. dipterygius cirratus, operculis triacanthis, pin-

na dorſali priore triradiata. B.6.D.3,26.P.20.V.$\frac{1}{6}$.A.22.C.16.
*Habitat in* Carolina. *D. Garden.* Toadfiſk.
Caput *magnum*, *inæquale*, *vertice T notato.* Oculorum *iris aureus.* Operculum *inferius ſpina triacantha terminatum.* Dentes *plurimi*, *majores.* Maxilla *inferior longior ſubtus aliquot appendiculis.* Corpus *mucoſum*, *fuſco flaveſcens*, *maculis lituriſque nigris.* P. ventrales *ſunt jugulares: radio anteriore longiſſimo*, *longitudinaliter aucto membrana rugoſa.* Cauda *rotundata.*

Lota. 14. G. dipterygius cirratus, maxillis æqualibus. *Faun. ſvec.* 315.
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 38. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxillis æqualibus. D.13,76.P.21.V.7.A.55.C.--
*Art. ſpec.* 107. Silurus cirro in mento unico. D.13,76.P.21.V.7.A.55.C.30.
*Habitat in lacubus* Europæis, *parit decembri.*
*Corpus e livido nigroque variegatum.*

Muſtela. 15. G. dipterygius cirratus, cirris 5, pinna dorſali priore exoleta
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 75. Gadus dorſo dipterygio, cirris maxillæ ſuperioris 4, inferioris 1. D.1,42.P.14.V.7.A.40.C.--
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 37. Gadus dorſo dipterygio, ſulco ad pinnam dorſi primam, ore cirrato. D.1,56.P.--V.7.A.47.C.--
*Gron: act. upſ.* 1742. *p.* 93. *t.* 3. Idem. B.7.D.1,48.P.16.V.7.A.43.C.25.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Cirri labii ſuperioris* 4, *inferioris* 1.

Cimbrius. 16. G. dipterygius cirratus, cirris 4, pinna dorſali priore exoleta: radio primo haſtato. B.7.D.1,48.P.16.V.7.A.42.C.25.
*Habitat in O.* Atlantico: Scanico. *D. Struſſenfelt.*

Cirri

Cirri *naſales* 2; *labii ſuperioris* 1; *inferioris* 1. Pinna dorſalis *anterior exoleta: radio primo ſubulato majore apice brachiato forma T litteræ, quo imprimis a Muſtela differt.*

* * * * *Pinna dorſali unica.*

mediterraneus. 17. G. monopterygius cirratus, maxilla ſuperiore cirris duobus, inferiore unico. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 60. * D.54.P.15.V.2.A.44.C.--
*Habitat in Oceano* Europæo.

## 155. BLENNIUS. *Caput* declive, tectum. *Membr. branch.* rad. VI. *Corpus* lanceolatum. *Pinnæ ventrales* didactylæ, muticæ. Pinna ani diſtincta.

* *Caput criſtatum.*

Galerita. 1. B. criſta capitis transverſa cutacea. *Art. gen.* 27. *ſyn.* 44.
*Strom. ſondm.* 322. D.48.P.10.V.2.A.36.C.16.
*Habitat in Oceano* Europæo.

criſtatus. 2. B. criſta ſetacea longitudinali inter oculos. *Gron. muſ.* 1. *n.* 75. B.5.D.26.P.14.V.3.A.16.C.11.
*Raj. piſc.* 73. Pinaru.
*Habitat in* Indiis.

cornutus. 3. B. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali ſolitaria. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 61. * D.33.P.15.V.2.A.23.C.12.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 316. Blennius pinnis ocularibus ſubulatis, pinna ani oſſiculorum XXVI. D.34.P.15.V.2.A.25.C.11.
*Habitat in* India.

**ocellaris.** 4. B. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali anteriore ocello ornata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 62. * D.11,15.P.12.V.2.A.16.C.11.
*Art. gen.* 26. *ſyn.* 44. Blennius ſulco inter oculos, macula magna in pinna dorſali. D.--P.12.V.2.A.17.C.26.
*Habitat in* Europa.

**Gattorugine.** 5. B. pinnulis ſuperciliorum nuchæque palmatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 61. * D.30.P.13.V.2.A.21.C.12.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 68. Blennius vertice ſuperciliisque ciliato. D.$\frac{18}{30}$.P.14.V.2.A.20.C.13.
*Art. gen.* 26. *ſyn.* 44. Blennius pinnulis 2 ad oculos, pinna ani oſſiculorum XXIII. D.$\frac{12}{31}$.P.14.V.2.A 23.C.12.
*Habitat in* Europa.

**ſuperciliosus.** 6. B. pinnulis ſuperciliorum palmatis, linea laterali curva.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 317. Blennius pinnulis ocularibus breviſſimis palmatis, linea laterali curva. D.$\frac{14}{40}$.P.12.V.2.A.26.C.12.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 172. *t.* 5. *f.* 5. Blennius oſſiculis anterioribus pinnæ dorſalis majoribus. D.$\frac{32}{44}$.P.15.V.2.A.28.C.12.
*Habitat in* India.

**Phycis.** 7. B. naribus ſubcriſtatis, cirro labii inferioris, dorſo bipenni. *Gouan.* D.10,61.P.15.V.2.A.57.C.20.
*Art. gen.* 84. *ſyn.* 111. Phycis. D.10,62.P.12.V.2.A.56.C.--
*Habitat in* M. Mediterraneo.
Membran. Branch. *radiis* 7. Narium *anteriora foramina tentaculo lineari.* Anus *annulo nigro cinctus.* Cauda *rotundata.*

** *Ca-*

* * *Caput abſque criſtis.*

Pholis. 8. B. capite lævi, linea laterali curva ſubbifida. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 62. * D. $\frac{12}{41}$. P. 14. V. 2. A. 19, C. 10.
*Art. gen.* 27. *ſyn.* 45. (*& Pholis*) 116. Blennius capite, ſummo acuminato, maxilla ſuperiore longiore. D. 36. P. -- V. 2. A. 28. C. --
*Gron. muſ.* 2. *n.* 175. Idem. B. 6. D. $\frac{12}{41}$ P. 13. V. 2. A. 19. C. 10.
*Habitat in Oceano & Mari* Mediterraneo.
*Cirri ſetacei breves nares ambiunt. Gronov.*

Gunnellus. 9. B. pinna dorſali ocellis X nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. *Fn. ſvec.* 318. D. 77. P. 10. V. 2. A. 43. C. 16.
*Art. gen.* 27. *ſyn.* 45. Blennius maculis circiter X nigris limbo albo, utrinque ad pinnam dorſalem. D. 78. P. 11. V. 2. A. $\frac{2}{46}$. C. --
*Seb. muſ.* 3. *t.* 30. *f.* 6.
*Habitat in Oceano* Atlantico.

muſtelaris. 10. B. pinna dorſali anteriore triradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3,43. P. 17. V. 2. A. 29. C. 13.
β. B. pinna dorſi anteriore radiis 3, poſteriore 40. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3,40. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12.
*Habitat in* India.

viviparus. 11. B. ore tentaculis duobus. *Fn. ſvec.* 317.
*Art. ſyn.* 45. Blennius capite dorſoque fuſco-flaveſcente lituris nigris, pinna ani flava.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. Idem. B. 6. D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. --
*Gron. muſ.* 1. *p.* 65. Idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
*Gron. act. upſ.* 1742. *p.* 87. Idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
*Act. ſtockh.* 1748. *p.* 32. *t.* 2. Tånglake. D. 79. P. 20. V. 2. A. 70. C. --

*Habi-*

*Habitat in* M. Europæo.
*Vivos parit fœtus, quod ſingulare in piſcibus.*

Lumpe-ſus. 12. B. corpore areolis dorſalibus fuſcis.
*Art. ſyn.* 45. Blennius cirris ſub gula pinniformibus quaſi bifidis, areolis dorſi tranſverſis.
*Habitat in* Europa.

raninus. 13. B. pinnis ventralibus ſubſexfidis, cirro gulari. *Fn. ſvec.* 316. B.7.D.66.P.22.V.6.A.60.C.30.
*Habitat in* Sveciæ *lacubus; ubi hic, ibi alii piſces recedunt; nec piſcis ipſe eſculentus.*
*Cum radii pinnarum ventralium quidem 6, ſed 2 primores in utraque ſetacei ſint, & tamquam veri habendi, poterit forte piſcis ad hoc genus referri ob habitum cum duobus præcedentibus.*

III. THO-

# III. THORACICI.

*Pinnæ ventrales ſub ipſo Thorace ſitæ.*

156. CEPOLA. *Caput* ſubrotundum, compreſſum. *Os* ſimum. *Dentes* curvati, ſimplici ordine.

*Membr. branch.* radiis VI.

*Corpus* enſiforme, nudum, abdomine vix capitis longitudine.

Tænia. 1. C. pinna caudæ attenuata, capite obtuſiſſimo. D.60.P.18.V.4.A.58.C.9.

*Art. gen.* 83. *ſyn.* 114. Tænia auctorum.

*Habitat in* M. Mediterraneo.

Corpus *nudum, compreſſum.* Caput *obtuſiſſimum, rotundatum, compreſſum.* P. dorſalis *incipit prope caput, deſinit mox ante P. caudæ.* Abdomen *vix capitis longitudine, ubi pinna ani incipit, deſinit ante p. caudæ.* P. caudæ *attenuata, ut radii intermedii longiores ſint.*

rubeſcens. 2. C. pinna caudæ attenuata, maxillis acutis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 63. * B.6.D.68.P.17.V.6.A.58.C.12.

*Art. ſyn.* 115. Tænia Serpens rubeſcens dicta.

*Syſt. nat.* 10. *p.* 259. Ophidion macrophthalmum. D.69.P.15.V.6.A.62.C.12.

*Habitat in* Mari Mediterraneo.

157. E-

157. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depreſſum: ſupra planum, marginatum, transverſe ſulcato-ſerratum.
*Membr. branch.* radiis X.
*Corpus* nudum.

Remora. 1. E. cauda bifurca, ſtriis capitis 18.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 320. Echeneis. D.22.P.28.V.5.A.22.C.16.
*Art. gen.* 15. *ſyn.* 28. Echeneis.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 33. Echeneis. D.22.P.25.V.6.A.22.C.17.
*Habitat in* Pelago Indico.
*Capitis clypeo adhæret aliis.*

Neucrates. 2. E. cauda integra, ſtriis capitis 24. D.37.P.21.V.5.A.37.C.16.
*Vallisn. nat.* 1. *t.* 44.
*Haſſelq. itin.* 324. *n.* 68. Echeneis Naucrates.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 103. *t.* 33. *f.* 2. Echeneis in extremo ſubrotunda.
*Catesb. car.* 2. *t.* 26. Remora.
*Habitat in* Pelago Indico.
*Differt a præcedenti cauda longiore, corpore majore, pinnis acutioribus.*

158. CORYPHÆNA. *Caput* maxime truncato-declive.
*Membr. branch.* radiis V.
*Corpus:* Pinna dorſalis longitudine Dorſi.

Hippurus. 1. C. cauda bifida, radiis dorſalibus LX. *Lœfl. epiſt.* D.60.P.21.V.6.A.26.C.18.

*Os-*

*Oſbeck itin.* 307. B.10.D.60.P.19.V.6.A.27.C.20.
*Art. gen.* 15. *ſyn.* 28. Coryphæna cauda bifurca. D--P.20.V.6.A.--C.18.
*Habitat in* Pelago; *Nautis* Dorado *dictus a colore ſplendidiſſimo.*

Equiſelis. 2. C. cauda bifurca, radiis dorſalibus LIII.
*Oſb. iter.* 308. Dorado. B.6.D.53.P.19.V.6.A.23.C.20.
*Marcgr. braſ.* 160. Guaracapema.
*Habitat in alto* Pelago.
*Pulcherrimus, a priori parum diſtinctus.*

pentadactyla. 3. C. maculis nigris quinis verſus caput longitudinalibus.
*Act. ſtockh.* 1740. *p.* 460. *t.* 3. *f.* 2. Blennius maculis 5 utrinque verſus caput nigris. B.4.D.$\frac{9}{21}$.P.11.V.$\frac{1}{5}$.A.$\frac{1}{14}$.C.13.
*Valent. amb.* 5. *p.* 435. *t.* 292. Rievier Dolfyn.
*Will. icht. app.* 7. *t.* 8. *f.* 2. *.
*Raj. piſc.* 150. *n.* 23.
*Habitat in* India.

Novacula. 4. C. capite pinnisque cancellatis lineis cæruleſcentibus.
*Art. gen.* 15. *ſyn.* 29. Coryphæna palmaris pulchre varia, dorſo acuto.
*Habitat in* M. Mediterraneo.

Pompilus. 5. C. dorſo ſupra lineam lateralem curvam faſciolis flaveſcentibus picto. B.5.D.$\frac{8}{33}$.P.14.V.6.A.$\frac{2}{24}$.C.16.
*Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. Coryphæna cauda æquali, linea laterali curva.
*Habitat in* Pelago.
Corpus *pingue, poſtice attenuatum. Lineolæ dorſi laterales curvæ, flaveſcentes.* Linea lateralis *curva, flaveſcens.* Caput *obtuſum.* Maxilla *inferior adſcen-*

ſcendens. Os *valde dehiſcens, maxillis latere cohærentibus, intus ſcabrum*. Capitis *latera cavernoſa dentata*. Pinna dorſalis *prior unita poſteriori*. Pinnæ pectorales *admodum acuminatæ*.

Pſittacus. 6. C. linea laterali intercepta, pinnis longitudinalibus colore lineatis. D.$\frac{9}{20}$.P.11.V.6.A.16.C.14.

*Habitat in* Carolina *pulchre, coloratus, at colores cum vita diſparent. D. Garden.* Parrotfiſch.

Caput *gloria piſcis, varie coloratum*. Oculi *iride rubro-flammeo, cincto cæruleo*. Macula *medii corporis verſus dorſum rhombeo-purpurea, flammeo viridi luteo, cæruleo varia*. Linea *lateralis longitudine pinnæ dorſalis, abrupta, inferius continuata incipit*. P. dorſalis *linearis, a capite fere ad caudam*. Analis *dorſali oppoſita ſimilisque, ſed incepta in medio piſcis, ubi anus*. Cauda *integra*.

acuta. 7. C. cauda acuminata, linea laterali convexa. D.45.P.16.V.6.A.9.C.16.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

ſiima. 8. C. cauda integra, labio inferiore longiore. D.32.P.16.V.6.A.16.C.16.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

virens. 9. C. pinnis appendiculis filiformibus. D.26.P.13.V.6.A.13.C.16.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

*Pinna dorſalis Analisque terminatur appendice filiformi elongato. P. ventralium radius* 2 *terminatur filo*.

hemiptera. 10. C. maxillis ſubæqualibus, pinna dorſali brevi. D.14.P.15.V.8.A.10.C.18.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

branchioſtega. 11. C. apertura branchiarum rima transverſa. D.24.P.15.V.$\frac{1}{8}$.A.$\frac{1}{10}$.C.16.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

clypeata. 12. C. lamina oſſea inter oculos. D.32.P.14.V.5.A.12.C.7.

*Habitat in Oceano* Aſiatico.

159. GO-

## 159. GOBIUS. *Caput* poris 2 inter oculos approximatos: altero anteriore.
*Membr. branch.* radiis IV.
*Pinnæ ventrales* unitæ in ovatam.

niger. 1. G. pinna dorſali ſecunda radiis quatuordecim. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 64. * D.6,14.P.18.V.10.A.11.C.14.
*Art. gen.* 28. *ſyn.* 46. Gobius e nigricante varius, pinna dorſi ſecunda oſſiculorum 14. D.6,14.P.17.V.--A.14.C.--
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 74. Idem.
*Osbeck. iter.* 131. Apocryptes cantonenſis. D.6,14.P.10.V.12.A.13.C.18.
*Habitat in* Europa, Aſia.

Paganellus. 2. G. pinna caudali dorſalique ſecunda baſi purpuraſcente, priori linea lutea terminali.
*Art. gen.* 29. *ſyn.* 46. Gobius linea lutea transverſa, in ſummo pinnæ dorſalis primæ.
*Haſſelq. itin.* 326. Gobius Paganellus. D.6,17.P.17.V.12.A.16.C.20.
*Habitat in* Mari Mediterraneo.

Eleotris. 3. G. pinna anali radiis novem.
*Chin. Lagerſtr.* 28. B.5.D.6,11.P.20.V.10.A.9.C.10.
*Osb. iter.* 260. Gobius chinenſis. B.5.D.6,11.P.18.V.8.A.8.C.12.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 311. Trachinus capite inermi nudo, pinnis pectoralibus coadunatis. D.6,10.P.16.V.12.A.10.C.14.
*Gron. zooph.* 276. Gobius albeſcens, pinnis utriſque dorſalibus altitudine æqualibus, cauda ſubrotunda. D.6,10.P.14.V.--A.9.C.15.
*Habitat in* China.

Aphya. 4. G. faſciis etiam pinnarum fuſcis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 64.* * D.6,16.P.18.V.12.A.14.C.13.
*Art. gen.* 29. *ſyn.* 49. Gobius uncialis pinna dorſi ſecunda oſſiculorum 17. D.6,17.P.17.V.6.A.11.C.--
*Habitat in* Nilo, M. Mediterraneo.

Jozo. 5. G. radiis dorſalibus eminentibus ſetaceis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 65.* * B.4.D.6,13.P.16.V.12.A.13.C.14.
*Art. gen.* 29. *ſyn.* 47. Gobius pinna ventrali cærulea, oſſiculis pinnæ dorſalis ſupra membranam aſſurgentibus.
*Gron. muſ.* 176. *zooph.* 275. Gobius albeſcens, radiis p. dorſalis primæ præaltis ſetiformibus. D.6.16.P.19.V.12.A.14.C.15.
*Habitat in Oceano* Europæo: *Italiæ, Norvegiæ.*

pectinirostris. 6. G. dentibus maxillæ inferioris horizontalibus.
*Chin. Lagerſtr.* 29. *f.* 3. D.5,26.P.19.V.12.A.25.C.15.
*Osbeck. iter.* 130. Apocryptes chinenſis. B.5.D.5,26.P.18.V.10.A.26.C.--
*Habitat in* China.

barbarus. 7. G. pinnis pectoralibus flabello inſiſtentibus pinna dorſ. priore 12, poſteriore 13.
*Habitat* - - -

anguillaris. 8. G. pinna dorſali unica. D.52.P.12.V.10.A.43.C.12.
*Habitat in* China.
*Corpus lubricum Anguillæ pingue, ſubdiaphana cute ut venæ transpareant. Pinnæ omnes rubræ: Dorſalis & Analis in caudam excurrentes. Os ſimum dentibus exſertum. Pinnæ pectorales valdè parvæ, rotundatæ.*

160. COTTUS. *Caput* corpore latius, ſpinoſum.
*Membr. branch.* radiis VI.
*Corpus* - - -

cataphractus. 1. C. loricatus; roſtro verrucis 2 bifidis, capite ſubtus cirroſo. *Fn. ſvec.* 324.
*Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 87. Cottus cirris plurimis, corpore octagono. D.$\frac{5}{12}$.P.15.V.$\frac{1}{3}$.A.6.C.11.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. Idem. D.5,7.P.16.V.2.A.7.C.11.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 28. *f.* 6.
*Habitat in* Mari Europæo.

quadricornis. 2. C. verrucis capitis 4 oſſeis. *Fn. ſvec.* 321. *Syſt. nat.* 6 *p.* 47. *t.* 4. *f.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. *t.* 32. *f.* 4.
*Art. gen.* 48. *ſpec.* 84. Cottus ſcaber, tuberculis 4 corniformibus in medio capite. D.9,14.P.17.V.4.A.14.C.12.
*Habitat in* Mari Balthico.

grunniens. 3. C. gula ramentis villoſa, corpore nudo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 65. * D.2,26.P.18.V.$\frac{1}{3}$.A.22.C.12.
Varietas alia. D.2,21.P.22.V.4.A.16.C.12.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 106. Cottus alepidotus varius, maxilla inferiore longiore, multum cirrata. D.$\frac{2}{25}$.P.23.V.$\frac{1}{3}$.A.19.C.15.
*Marcgr. braſ.* 178. Nigui.
*Will. icht. app. t.* 4. *f.* 1. Gallus grunniens.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 28. *f.* 4.
*Habitat in* America.

ſcaber. 4. C. capite ſtriis corporisque ſquamis ſerratis, linea laterali elevata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 66. B.7.D.9,11.P.2.V.$\frac{1}{4}$.A.11.C.12.
*Habitat* - - - -

Scorpius. 5. C. capite ſpinis pluribus, maxilla ſuperiore paulo longiore. *Fn. ſvec.* 323.
*It. ſcan.* 325. Ulka. D.9,16.P.16.V.3.A.12.C.12.
*Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 86. *Fn. ſvec.* 280. Cottus alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. D.7,17.P.14.V.4.A.13.C.8.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. Cottus idem. D.10,14.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 104. Idem. D.10,14.P.16.V.4.A.10.C.12.
*Edw. av.* 158. *t.* 284.
*Act. nidroſ.* 2. *p.* 345. *t.* 13, 14. Fiſk-Sympen.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Gobio. 6. C. lævis, capite ſpinis duabus.
*Art. gen.* 48. *ſyn.* 76. *ſpec.* 82. Cottus alepidotus glaber, capite diacantho. D.7,17.P.14.V.4.A.13.C.8.
*Faun. ſvec.* 322.* D.7,18.P.14.V.4.A.13.C.10.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 166. Uranoſcopus capite utrinque monacanthio. D.7,18.P.14.V.4.A.12.C.13.
*Habitat in* Europæ *fluviis, rivulis, fundo arenoſo ſ. ſaxoſo.*
*Nidum in fundo format, ovis incubat prius vitam deſerturus, quam nidum.*

## 161. SCORPÆNA. *Caput* magnum, aculeatum: *Oculi* vicini. *Dentes* maxillis, palato faucibusque. *Membr. branch.* radiis VII. *Corpus* - - -

Porcus. 1. S. cirris ad oculos nareſque. D.$\frac{12}{11}$.P.18.V.7.A.$\frac{3}{1}$.C.15.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 68. Zeus cirris ſupra oculos & nares. D.$\frac{12}{11}$.P.18.V.$\frac{1}{7}$.A.$\frac{3}{1}$.C.12.

*Art.*

*Art. gen.* 47. *ſyn.* 75. Scorpæna pinnulis ad oculos & nares. D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. --

*Haſſelq. it.* 330. Idem. D. $\frac{12}{22}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. 13.

*Gron. zooph.* 291. Perca dorſo monopterygio, capite ſubcavernoſo aculeato alepidoto, cirrulis ad oculos, latera corporis, capitisque. D. $\frac{12}{22}$ P. 15. V. $\frac{1}{7}$. A. -- C. 14.

*Seb. muſ.* 3. *t.* 28. *f.* 3. Cottus ſquamoſus.

*Habitat in* Mari Mediterraneo, Oceano.

Scrofa. 2. S. cirrris duobus ad labium inferius.

*Art. gen.* 47. *ſyn.* 76. Scorpæna tota rubens, cirris plurimis ad os. D. -- P. 19. V. -- A. -- C. --

*Gron. muſ.* 1. *n.* 103. Scorpæna capite cavernoſo, cirris geminis in maxilla inferiore? D. $\frac{12}{22}$ P. 15. V. -- A. 6. C. 13.

*Habitat in* Mari Mediterraneo.

horrida. 3. S. tuberculis calloſis adſperſa.

*Gron. zooph.* 292. *t.* 11, 12, 13. *f.* 1. Perca alepidota, dorſo monopterygio, capite cavernoſo tuberculato, radiis dorſalibus anticis membr. dilatata lobatis. B. 5. D. $\frac{12}{20}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{5}$. C. 14.

*Valent. ind.* 3. *f.* 170. Toverfiſch.

*Habitat in* India *orientali.*

162. ZEUS. *Caput* compreſſum, declive: *Lab. ſuperius* membrana transverſa fornicatum. *Lingua* ſubulata.
*Membr. branch.* radiis VII perpendicularibus: infimo transverſo.
*Corpus* compreſſum.

Vomer. 1. Z. cauda bifurca, ſpina ante pinnam analem dorſalemque recumbente.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 67. *t.* 31. *f.* 9. Zeus cauda bifurca. D.8.$\frac{1}{22}$.P.18.V.5.A.$\frac{1}{20}$.C.23.
*Habitat in* America.
Color *argenteus.* Pinna dorſi *anterior radiis* 5: *poſterioribus diſtinctis breviſſimis ſpinoſis*; *ſpinæ* 2 *pone anum.* Linea lateralis *valde curva.* Abdomen *valde rotundato-prominens.*

Gallus. 2. Z. radio dorſali decimo analique ſecundo corpore longioribus.
*Art. gen.* 35. *ſyn.* 78. Zeus cauda bifurca.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 108. Idem. D.$\frac{9}{22}$.P.20.V.6.A.$\frac{1}{20}$.C.17.
*Brown. jam.* 455. Rhomboida major alepidota, radiis anterioribus pinnæ dorſalis & ani longiſſimis.
*Marcgr. braſ.* 161. Abucatuia.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 72. *t.* 26. *f.* 34.
*Habitat in* America.
*Varietatem præcedentis facit Gron. zooph.* 311; *diſtinctam ſpeciem Brown. jam.* 455.

Faber. 3. Z. cauda rotundata, lateribus mediis ocello fuſco, pinnis analibus duabus. D.10,23.P.13.V.$\frac{1}{8}$.A.$\frac{4}{21}$.C.13.
*Art. gen.* 50. *ſyn.* 78. Zeus ventre aculeato, cauda in extremo circinata. D.10,24.P.14.V.$\frac{1}{7}$.A.$\frac{4}{20}$.C.--

*Muſ.*

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 67. *t.* 31. *f.* 2. Zeus ventre aculeato, cauda rotundata. D.10,23.P.13.V.$\frac{1}{7}$.A.21.C.15.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 107. Idem. D.10.21.P.13.V.7.A.4,22.C.14.
*zooph.* 311.

*Habitat in* Pelago.

Aper. 4. Z. cauda æquali, corpore rubente.
*Art. gen.* 50. *ſyn.* 78. Zeus cauda æquali totus rubens, roſtro reflexo. D.9,23.P.14.V.$\frac{1}{5}$.A.$\frac{3}{20}$.C.--
*Habitat* Romæ, Genuæ.

## 163. PLEURONECTES (*).

*Caput: Oculi* ambo in eodem latere capitis.
*Membr. branch.* radiis IV - VII.
*Corpus* compreſſum, latere altero dorſum, altero abdomen referente.

* *Oculis a latere dextro.*

trichodactylus. 1. P. oculis dextris, corpore aſpero, pinnis pectoralibus filiformibus. D.53.P.4.V.5.A.43.C.16.
*Art. gen.* 18. *ſyn.* 33. *ſpec.* 60. Pleuronectes aſper caneſcens, pinnis lateralibus vix conſpicuis.
*Habitat in* Amboina.
Corpus *fuſcum, maculis obſcuris varium.*

Plagiuſa. 2. P. oculis dextris, corpore oblongo ſcabriuſculo, pin-

 na

(*) Pleuronectes *inter omnia animalia ſingularis oculis ambobus ab eodem latere capitis & corpore latere altero ſuperiore colorato, altero inferiore pallido, natatu obliquo. Oculi dextri ſ. ſiniſtri aliquando variant, ſed rarius.*

na dorſali analique caudæ unitis.

*Habitat in* Carolina. *D. Garden.*

Corpus *ſubcinereum.* Pinna *dorſalis analisque ita unita cum pinna caudæ, ut diſtingui nequeant, ne quidem radiorum longitudine.*

ocellatus. 3. P. oculis dextris, corpore ocellis 4 atris iridibus albis.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 68. * D.66.P.3.V.6.A.55.C.14.
*Habitat* Surinami.
*Pinna dorſalis plicata. Pinna caudæ faſcia nigra.*

Hippogloſſus. 4. P. oculis dextris, corpore toto glabro. *Fn. ſvec.* 329.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra totus glaber. D.105 P.15.V.6.A.79.C.--
*Gron. muſ.* 2. *n.* 158. Idem. D.162.P.16.V.6.A.78.C.19.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Variat rarius oculis ſiniſtris.*

Cynogloſſus. 5. P. oculis dextris, corpore oblongo glabro, dentibus obtuſis, cauda ſubrotunda.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 39. D.112.P.11.V.6.A.102.C.24.
*Habitat in Oceano* Belgium *alluente.*

Plateſſa. 6. P. oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis. *Fn. ſvec.* 328.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 30. Pleuronectes oculis & tuberculis 6 in dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum. D.77.P.12.V.6.A.55.C.--
*It. wgoth.* 179. nomen Fn. ſvec. D.74.P.11,6.V.6.A.54.C.20.
*It. ſcan.* 326. Pleuronectes Slätvar. D.76.P.12.V.6.A.54.C.17.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 36. nom. Arted. D.72.P.12.V.6.A.51.C.20.
*Habitat in* M. Europæo.
*Corpus ſupra rubro maculatum.*

7. P.

Fleſus. 7. P. oculis dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. *Faun. ſvec.* 327.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*67. * D.55.P.11.V.6.A.40.C.14.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ſuperne ad radices pinnarum, dentibus obtuſis.
*Art. ſpec.* 59. Pleuronectes linea laterali aſpera, ſpinulis ad radices pinnarum in latere oculato. D.61.P.12.V.6.A.42.C.19.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 40. Idem. D.62.P.12.V.6.A.43.C.14.
*It. ſcan.* 326. Idem. D.54.P.11,10.V.6.A.41.C.17.
*Habitat in* M. Europæo.

Limanda. 8. P. oculis dextris, ſquamis ciliatis, ſpinulis ad radicem pinnarum dorſi anique, dentibus obtuſis. *Art. gen.* 17. *ſyn.* 33. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 68. * D.75.P.12.V.2.A.61.C.--
D.79.P.12.V.6.A.60.C.--
*Habitat in* M. Europæo.

Solea. 9. P. oculis dextris, corpore aſpero oblongo, maxilla ſuperiore longiore. *Faun. ſvec.* 326.
*Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. *ſpec.* 60. Pleuronectes maxilla ſuperiore longiore, corpore oblongo ſquamis utrinque aſperis. D.91.P.9.V.5.A.74.C.14.
*It. wgoth.* 178. Pleuronectes Tunga. D.71.P.8:7.V.5.A.40.C.40.
*Habitat in* M. Europæo.
*Oris latus ſiniſtrum cirroſum.*

Linguatula. 10. P. oculis dextris, ano ſiniſtro, dentibus acutis.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra, ano ad latus ſiniſtrum, dentibus acutis. D.65.P.9.V.--A.45.C.--

*Gron. muſ.* 1. *n.* 41. Idem. D.68.P.10.V.6.A.55.C.19.
*Habitat in* M. Europæo.
*Anus ad latus.*

* * *Oculis a latere ſiniſtro.*

lineatus. 11. P. oculis ſiniſtris, corpore ſcabro nigro faſciato, pinnis pectoralibus nullis. D.53.P.o.V.4,5.A.45.C.16.
*Syſt. nat.* 10. *p.* 268. *n.* 1, 3. Pleuronectes Achirus.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 42. Pleuronectes oculis dextris, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. D.60.P.o.V.4.A.48.C.16.
*Brown. jam.* 445. Pleuronectes fuſcus ſubrotundus glaber, lineis 7 nigris transverſis inter p. pectoralem & caudam.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 77. *t.* 246. *f.* 2. Paſſer lineis transverſis.
*Raj. piſc.* 157. Idem.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. D. Garden.*
*Squamæ ciliares. Cauda rotundata.*

Rhombus. 12. P. oculis ſiniſtris, corpore glabro. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 31. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 69. * D.76.P.10.V.6.A.57.C.--
*It. wgoth.* 178. Pleuronectes Pigghvarf. D.71.P.12.V.6.A.61.C.18.
*Ström. ſondm.* Pleuronectes arenarius. D.70.P.10.V.6.A.57.C.16.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 43. nom. Arted. D.78.P.10.V.6.A.56.C.16.
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Maximus Domitiani tempore captus, unde Senatus conſult:*
*Ex hoc tempore, jam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.*

dentatus. 13. P. oculis ſiniſtris, corpore oblongo glabro, dentibus exſertis. B.7.D.86.P.12,11.V.66.C.17.

*Habi-*

*Habitat in* Carolina. *D. Garden.* Plaiſe.
Dentes *acuti*, *exſerti*. Cauda *rotundata*, *ſquamoſa*.

maximus. 14. P. oculis ſiniſtris, corpore aſpero. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 69. * *Fn. ſvec.* 325. D.70.P.11.V.6.A.50.C.17.
*Fn. ſvec.* 298. Idem. D.64 P.11.V.6.A.48.C.16.
*It. gotl.* 178. Idem. D.59 P.12.V.6.A.39.C.16.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 159. Idem. D.65 P.13.V.6.A.50.C.16.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Paſſer. 15. P. oculis ſiniſtris, linea laterali ſiniſtra aculeata.
*Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. Pleuronectes oculis a ſiniſtra, linea laterali aculeata. D.66.P.9.V.6.A.50.C.--
*Habitat in Oceano* Europæo.
*Varietas Fleſi ſecundum Gronovium.*

papillo-ſus. 16. P. oculis ſiniſtris, linea laterali curva, corpore papilloſo. D.58.P.12.V.5:6.A.42.C.16.
*Marcgr. braſ.* 181. Aramaca.
*Habitat in* America.

lunatus. 17 P. oculis ſiniſtris, corpore ocellis dimidiatis ſparſis cæruleis. D.85.P.12.V.6.A.79.C.17.
*Catesb. car.* 2. *p.* 27. *t.* 27. Solea lunata & punctata.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Cauda lunata.*

164. CHÆ-

164. **CHÆTODON** (*). *Caput: Dentes* ſetacei, flexiles, confertiſſimi, numeroſiſſimi.
*Membr. branch.* radiis VI.
*Corpus* pictum. *Pinna* dorſi anique carnoſa ſquamoſa.

canescens. 1. C. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 2: radio tertio longiſſimo, ore bidentato cauda bifida.
*Art. ſpec.* 93. Chætodon caneſcens, aculeo utrinque ad os, oſſiculo tertio pinnæ dorſalis ſetiformi longiſſimo. D.$\frac{2}{48}$.P.17.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{36}$.C.16.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 7.
*Habitat in* Indiis.

alepidotus. 2. C. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 3, pinnis ventralibus nullis. B.6.D.$\frac{3}{51}$.P.24.V.0.A.$\frac{2}{47}$.C.23.
*Habitat in* Carolina. *D. Garden.*
Corpus *rhombeum, absque ſquamis, dorſo cæruleſcente.* Dentes *unica ſerie in maxillis. Linea* lateralis *dorſo parallela, punctata. Linea* interſtitialis *recta a branchiis ad caudam.* Pinna *dorſalis analisque oppoſitæ, falcatæ.*

acuminatus. 3. C. cauda integra, ſpinis dorſalibus 3: radio tertio longiſſimo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 3. Chætodon faſciis 3 fuſcis, pinna dorſali ſetiformi. D.$\frac{3}{28}$.P.16.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{19}$.C.17.
*Habitat in* Indiis.

4. C.

---

(*) Chætodon *Caudæ pinna bifida:* 1, 2, 5, 10, 11, 14, 18.
*Roſtro cylindrico elongato:* 8, 12, 16.
*Radio pinnæ dorſi 3 ſ. 4 longiſſimo:* 1, 3, 5, 13.

pinnatus. 4. C. cauda integra, ſpinis dorſalibus 4, pinna dorſali analique longiſſima.
*Muſ. Ad. Fr. p.* 64. *t.* 33. *f.* 6. Chætodon griſeus, faſcia frontali apiceque caudæ albis. D.$\frac{4}{26}$.P.18.V.$\frac{1}{6}$.A.28.C.18.
*Chin. Lagerſtr.* 25. Idem. D.$\frac{3}{30}$.P.18.V.$\frac{1}{6}$.A.28.C.18.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 193. Chætodon macrolepidotus, capite inermi; radiis p. dorſi ani ventriſque ſetiformibus.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 15.
*Habitat in* Indiis.

cornutus. 5. C. cauda bifida, ſpinis pinnæ dorſalis 7, cauda bifida, radio dorſali tertio longiſſimo.
*Art. ſyn.* 79. Chætodon aculeis 2 brevibus ſupra oculos, oſſiculo tertio pinnæ dorſalis longiſſimo. D.$\frac{7}{48}$.P.18.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{38}$.C.16.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 6.
*Habitat in* Indiis.

argenteus. 6. C. cauda bifida, ſpinis pinnæ dorſalis 8, pinnis ventralibus ex ſpinis 2. *Amœn. acad.* 4. *p.* 249. D.$\frac{8}{37}$.P.26.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{2}{32}$.C.17.
*Habitat in* Indico *Mari.*
*Differt a reliquis defectu pinnarum ventralium, harum vero loco par ſpinarum breviorum. Pinnæ dorſalis ſpinæ primæ adeo parvæ, ut vix conſpiciantur.*

punctatus. 7. C. ſpinis pinnæ dorſalis 8, pinnis pectoralibus falcatis. B.4.D.$\frac{8}{36}$.P.17.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{26}$.C.17.
*Habitat in* Aſia. *Muſ. ac. holmenſ.*
Corpus *albidum ſ. argenteum punctis fuſcis, pone anum dilatatum, figura Cyprini.* Oculi *magni, rubri. Linea lateralis ſurſum curva. Radii* 3 *primi p. ani diſtantes.*

8. C.

Chætodontes, *pulchrum piſcium pictorum Indiæ cohortem conſtituentes, a me diſtinguuntur ſecundum ſpinas dorſales.*

arcuatus. 8. C. cauda integra, ſpinis pinnæ dorſalis 8, arcubus 4 albis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 61. *t.* 33. *f.* 5. Chætodon fuſcus, arcubus 5 nigris. D.[illegible].P.20.V.$\frac{1}{5}$.A.$\frac{3}{27}$.C.19.
*Art. ſyn.* 79. *ſpec.* 91. Chætodon niger, capite diacantho, lineis utrinque 4 transverſis curvis. D.$\frac{9}{41}$.P.$\frac{8}{20}$.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{23}$.C.17.
*Gron. zooph.* 231. Chætodon operculis aculeatis, oſſiculis p. dorſi anique intermediis inermibus. D.$\frac{14}{32}$.P.19.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{24}$.C.17.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 5, 5.
*Habitat in* Indiis.

roſtratus. 9. C. cauda integra, ſpinis pinnæ dorſalis 9, maculaque ocellari, roſtro cylindrico.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 61. *t.* 33. *f.* 2. Chætodon roſtratus, pinna dorſali poſtice macula fuſca. D.$\frac{9}{40}$.P.14.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{23}$.C.14.
*Act. angl.* 1765. *p.* 89. *t.* 9. Jaculator.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 169. Chætodon macrolepidotus albo-flaveſcens, roſtro longiſſimo oſſeo, macula nigra ad pinnam dorſalem. D.$\frac{9}{39}$.P.15.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{24}$.C.--
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 17.
*Habitat in* India; *victitat Inſectis ſupra aquam volitantibus, in quæ explodit roſtro tubuloſo exquiſitiſſime guttulam, ut ea cadant in aquam & devorentur. Act. angl.*

nigricans. 10. C. cauda ſubbifida, ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudæ integræ.
*Art. ſpec.* 90. Chætodon nigreſcens, cauda albeſcente æquali utrinque aculeata. D.$\frac{9}{38}$.P.16.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{20}$.C.16.

*Haſſel-*

*Haſſelq. itin.* 332. Chætodon aculeis in utroque latere ad caudam duobus. D. $\frac{6}{31}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{21}$. C 26.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 2, 3.
*Habitat in* Mari rubro.

leucurus. 11. C. cauda integra, ſpinis dorſalibus 9: prima recumbente, corpore nigro, cauda alba. D. $\frac{2}{31}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{22}$. C. 20.
*Habitat in* America.
Corpus *parvum*, *nigrum*. Spina *recumbens ante P. dorſalem*. P. ventrales *acuminatæ*. P. caudalis *alba*.

lineatus. 12. C. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 9, ſpina laterali utrinque caudæ.
*Art. ſpec.* 89. Chætodon lineis longitudinalibus varius, cauda bifurca utrinque aculeata. D. $\frac{9}{36}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{29}$. C. 16.
*Seb. muſ. t.* 25. *f.* 1.
*Habitat in* Indiis.

trioſtegus. 13. C. cauda ſubbifida, ſpinis dorſalibus 9, branchioſtega triradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. * D. $\frac{10}{32}$. P. 18, V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{2}{22}$. C. 16.
D. $\frac{9}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{21}$. C. 18
*Brown. jam.* 454. Chætodon ſubgriſeus lineis nigris obliquis varius, ad caudam macula majori.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 65. *t.* 25. *f.* 4. Chætodon albeſcens faſciis quinque. D. $\frac{10}{36}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{2}{22}$. C. 16.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 290. *t.* 251. *f.* 4. Faber marinus fere quadratus.
*Raj. piſc.* 142. Faber marinus quadratus.
*Habitat in* America. *D. Garden.* Angelfiſk.
Corpus *cinereum faſciis* 6, *nigris*, *latis*: *prima obliqua per oculos*; *ultima per caudam*. Linea *lateralis curva*. P. dorſalis *anterius nuda*, *in qua radius* 3 *major*. Cauda *integra*.

14. C

macrolepidotus. 14. C. cauda integra, ſpinis dorſalibus 11, radio dorſali quarto filiformi longiſſimo.
*Art. ſpec.* 94. Chætodon lineis utrinque 2 nigris, radio quarto dorſali longiſſimo ſetiformi. D. $\frac{11}{37}$. P. $\frac{2}{16}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 17.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 194. Chætodon oſſiculis dorſalibus 3 aculeatis, quarto ſetiformi, 7 ſubſequentibus iterum aculeatis. D. $\frac{11}{37}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{21}$. C. 16.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 8.
*Habitat in* Indiis.

Argus. 15. C. ſpinis dorſalibus 11, corpore punctis nigris plurimis, cauda integra. *M. T. Brunnich.* D. $\frac{11}{28}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{18}$. C. 12.
*Habitat in* India; *e Muſ. Schloſſeri.*

ſtriatus. 16. C. cauda integra, ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, roſtro prominente.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 62. *t.* 33. *f.* 7. Chætodon flaveſcens, faſciis 5 fuſcis. D. $\frac{12}{38}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.
*Art. ſpec.* 95. Chætodon macrolepidotus, lineis utrinque tribus nigris latis, linea quarta in cauda. D. $\frac{11}{33}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 17.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 313. Labrus roſtro reflexo, faſciis lateralibus 3 fuſcis. D. $\frac{11}{33}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 110. Chætodon roſtro longo oſſeo, macrolepidotus albo flaveſcens lineis transverſalibus 4 brunneis. D. $\frac{11}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. --
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 9.
*Habitat in* Indiis.

aruanus. 17. C. cauda bifida, ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore faſciis fuſcis,

*Muſ.*

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 8. Chætodon cauda bifurca, faſciis 3 fuſcis. D.$\frac{12}{32}$.P.18.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{2}{23}$.C.16.
*Habitat in* Indiis.
*Frons alba eſt.*

**capiſtratus.** 18. C. cauda integra, ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, ocello ſubcaudali.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 4. Chætodon pallidus, faſcia capitis ocelloque ſubcaudali fuſcis. D.$\frac{12}{32}$.P.14.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{21}$ C.18.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 195. Chætodon macrolepidotus, linea nigra ad oculos, macula rotunda ad pinnam dorſalem. D.$\frac{12}{30}$. P.--V.$\frac{1}{6}$. A.$\frac{2}{18}$. C.--
*Amœn. acad.* 1. *p.* 314. Labrus roſtro reflexo, ocello purpureo iride alba juxta caudam. D.$\frac{12}{31}$.P.14.V.$\frac{1}{6}$. A.$\frac{3}{17}$.C.--
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 16?
*Habitat in* Indiis.

**vagabundus.** 19. C. cauda integra, ſpinis pinnæ dorſalis 13, corpore ſtriato, roſtro cylindrico. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 71.* D.$\frac{13}{40}$.P.15.V.$\frac{1}{6}$.A.24.C.18
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 18. Chætodon macrolepidotus albeſcens linea nigra ad oculos. D.$\frac{13}{35}$.P.15.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{23}$.C.--
